UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi & benedictae Matris eius meditatione

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616


urn:nbn:de:hbz:466:1-48934

Visual Library



Th. 2853
gl III
40.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



R. P.

FRANCISCI ARIAS, SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

DE

ORATIONE MENTALI ET MYSTERIORVM VITAE D. N. IESV CHRISTI & benedictæ MATRIS eius meditatione

TRACTATVS.

Iam recenter in Latinum conuersus studio M. M.

Accedit seorsim Exercitium diuinum de præsentia DEI *& frequenti vsu Sacramentorum.*

Liber Domus Probationis Societatis IESV Paderborna.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Kinckium, sub Monocerote, ANNO M. DC. XVI.

Hunc libellum vtiliter denuò imprimi posse, etiam in Gallicam linguam conuersum, iudicaui. Duaci die 24. Nouemb. 1598.

Bartholomæus Petrus
S. Theol. Doct. &
Professor.

AD

AD LECTOREM.

CVM in tractatu tertio exposuerimus, quanti referat, quamque pretiosum sit, in sancto illo mysteriorum IESV Christi, per considerationis & orationis mentalis modum, rosario se exercere, quantaque haecce consideratio secum trahat bona: in quarto verò, pro ingenij imbecillitate, Beatissimæ Virginis, quæ in hisce mysterijs elucent, virtutes prosecuti simus, & quanam illam in re imitari potissimùm oporteat, in quo simul ad meditandum & fructum è meditatione colligẽdum, ipsum inquam virtutum tum exercitium, tum perfectionem, materiam suggessimus; visum est, ad eorum, qui præstantissimum & vtilissimum hunc modum exercere volunt, commodum compendiumque, breuem aliquam methodum iam præscribere, quæ certo quodam ordine & perspicuitate, quæ in hoc meditandi exercitio po-

tissimum seruanda sunt capita, proponat; & quæ ad meditationem in generali spectant, ad sanctum hoc de vita & passione Domini nostri Iesu Christi meditandi exercitium in particulari adaptare: simul etiam aliqua monita consiliaque suggerere, quibus, qui sancto huic exercitio vacare voluerint, non mediocriter iuuari ac dirigi queant. Notandum itaque, tum quoad hanc materiam, tum alias, dupliciter quid posse ad bonam vitam bonosque mores dici necessarium. Primò quidem, quòd hoc expresse diuino humanoque præcepto præscriptum sit; quale est, ipsum amare Deum, in vanum non iurare, & reliqua quæ decalogi Ecclesiæve præceptis præscribuntur. Dicitur deinde quid ad vitam bonam bonosque mores necessarium, etsi aliquo id præcepto apertè mandatum non sit, quòd medium sit, sine quo vt plurimum, quod præcepto iubetur, aut saltem rarissimè, summaque cum difficultate, compleri nequit. Hoc sensu dicimus, necessa-

D. Thom. 2. 2. q. 2. articul. 4. 5. q. 1. art. 2. q. 46. art. 1.

rium

rium esse, vt Christianus asperitatibus, mortificationibusque disciplinarum, ciliciorum, vel ieiunij, alijsque laboribus ac pœnis corporalibus in carnem animaduertat: quod medium illa sint, sine quo plerumque castitatis præceptum seruari nõ possit. Item iurandi, dictaque sua ordinariè, tametsi vera, nonnisi per *sic est*, vel, *verè*, vel, *ita sanè se res habet*, assertione confirmandi consuetudinem penitus deserere; nam, moraliter loquendo, sine hac cautione præceptum de non in vanum iurando seruari non poterit. Ita etiam dicimus, ad perseuerantiam necesse esse, Sacramenta frequentare, & minutim delicta confiteri; sine hoc enim auxilio, (quòd maxima sit hominum imbecillitas, & summa animæ hostium potentia) diu se quis in gratiæ statu bene conseruare, neu tentationibus insurgentibus resistere poterit. Eodem etiam sensu dicimus necessarium esse aliquoties hominem diuina contemplari, nam alioquin, quòd passionibus plenus,

ordinariè loquendo, non poterit in cœpto bono diu perseuerare, quia nimius erga terrena amor & affectus in grauia eum peccata pertrahant. Hoc modo dicimus, & quidem verè, multa esse ad seruiendum Deo eiusque cultum necessaria, tametsi speciatim ac singillatim nullum de ijs præceptum sit latum. præsertim autem in hac orationis materia, hocce dicere possumus, vt maiori cum pondere, quam persuadere conamur, veritas intelligatur.

INDEX CAPITVM.

PARS I.

In qua quibus ad vitæ D. N. IESV Christi, & glorioſæ MATRIS eius myſteriorum meditationem diſponi quis poſſit latius pertractatur pag. 1

CAP. I. *DE ijs quæ remotius animam ad orationem mentalem diſponunt, qualia ſunt vitiorum, negotiorum & nimiorum affectuum fuga* 1

CAP. II. *Remotè eam iuuat quies & ſcrupulorum contemptus* 9

CAP. III. *Remotè ad eandem valet interior recollectio* 20

CAP. IV. *Proximè ad orationẽ mentis diſponit lectio & feruens orandi propoſitum* 33

CAP. V. *Proximè item ad eam conducunt locus, tempus & reuerentia exterior* 39

CAP. VI. *Quale tempus eidem aptum ſit?* 49

CAP. VII. *Exemplis SS. ea quæ de loco & tempore meditationis dicta*

sunt confirmantur 58
CAP. VIII. *De exteriori reuerentia in oratione mentali necessaria* 71
CAP. IX. *Quanti hæc momenti sit docetur* 79

PARS II.

In qua, quo mysteria IESV Christi, & eorum circumstantiæ meditandę sint modo, & quales ex horum meditatione eliciendi effectus, traditur 88
CAP. I. *Quomodo oratio sit auspicanda* ibid.
CAP. II. *Quid in hisce mysterijs meditandum, & quis fructus & affectus inde sit colligendus* 96
CAP. III. *De amoris diuini affectu & effectu* 108
CAP. IV. *Quomodo hic affectus ex his mysterijs eliciatur* 111
CAP. V. *Eorundem consideratione voluntas in Deum resignatur* 120
CAP. VI. *Affectus admirationis quomodo ex his mysterijs eliciendus* 127
CAP. VII. *Quam vtilis sit hic admirationis affectus* 232
CAP. VIII. *Gratiarum actionis affectus*

fectus ex his myſterijs hauriẽdus 139
CAP. IX. *Quam vtilis ille ſit* 148
CAP. X. *Contritio peccatorum ex his myſterijs elicienda* 156
CAP. XI. *Compaßio ex eiſdem colligenda* 169
CAP. XII. *Quomodo compaßionis affectus exercendus interiores Saluatoris noſtri dolores cõſiderãdo* 181
CAP. XIII. *Affectus gaudij ſpiritualis ex his myſterijs eruendus* 190
CAP. XIV. *Quàm vtile hocce gaudium ſit* 199
CAP. XV. *De imitationis Chriſti affectu è ſacris his myſterijs eruendo* 207
CAP. XVI. *Quomodo ex his myſterijs ille trahatur* 212
CAP. XVII. *De ijs virtutum affectibus, quib⁹ Chriſtus eſt imitãdus* 215
CAP. XVIII. *Admirabile myſterium de ſumma vitæ Chriſti perfectione conſiderandum proponitur* 224
CAP. XIX. *Vita Chriſti perfectiſſima omnibus ab ipſo imitabilis facta, quod ſimilitudine declaratur* 255
CAP. XX. *Eiuſdem ſimilitudinis con-*

tinuatio 246
CAP. XXI. *De petitione horũ myſteriorum cõſiderationi adhibenda* 251
CAP. XXII. *Quomodo in his myſterijs merita Chriſti æterno Patri offerẽda, ad virtutes impetrandas* 259
CAP. XXIII. *Chriſti merita non pro ſe ſolo offerre Chriſtianus debet ſed etiam pro alijs* 263

PARS III.

In qua agitur de ijs, quæ in ſancto hoc orationis mentalis exercitio, & ſanctorũ myſteriorum cõſideratione ſeruanda ſunt 269
CAP. I. *De puritate finis huius exercitij* 271
CAP. II. *Conſolationes & guſtus ſpirituales non ſunt fines huius exercitij* 282
CAP. III. *Variæ ſunt conſolationes ſpirituales, ac proinde variè de eis iudicandum* 295
CAP. IV. *Veræ conſolationis effectus* 304
CAP. V. *Propter illos homo conſolationem ſeponens nihil amittit, ſed mul-*

multum lucratur 314
CAP. V. *Puritas finis est nullas in hoc exercitio desiderare reuelationes* 321
CAP. VII. *In oratione potius voluntas exercenda quam intellectus* 331
CAP. VIII. *Affectus virtutum operibus applicantur* 340
CAP. IX. *De attentione ad S. hoc exercitium necessaria, quomodoque ea comparetur* 346
CAP. X. *De alijs ad eam comparandam medijs eiusq; moderatione* 355
CAP. XI. *In meditatione à corporalibus ad spiritualia transeundū* 361
CAP. XII. *De spiritualibus SS. Christi Iesu humanitatis perfectionibus, quæ in SS. hisce mysterijs meditandæ sunt* 368
CAP. XIII. *Quomodo in sancto hoc exercitio animam ad perfectionū diuinarum considerationem attollere debeamus* 375
CAP. XIV. *Alia ad eandem inuitans ratio* 379
CAP. XV. *Aliquot perfectiones diuinæ recensentur, quomodoque considerandæ sint docetur* 385

CAP.

CAP. XVI. *Ponuntur aliquot discursus ad melius easdem considerandas* 395

CAP. XVII. *Interdum ab his mysterijs ad SS. Trinitatis mysterium transcendendum* 406

CAP. XVIII. *De humilitate, reuerentia & discretione in his considerationibus adhibenda* 415

CAP. XIX *Recollectio & silentium quomodo huic meditationi deseruiant* 421

CAP. XX. *De tribus vijs; purgatiua, illuminatiua, & vnitiua, & quomodo in horum mysteriorum consideratione exercenda sint* 429

CAP. XXI. *De examine post orationem instituendo, & methodo in his documentis obseruanda* 439

PARS

PARS PRIMA.

IN QVA, QVIBVS AD VITAE D. N. IESV CHRISTI, ET GLORIOSÆ MATRIS eius mysteriorum meditationem disponi quis possit, latiùs pertractatur.

CAPVT I.

De ijs quæ remotiùs animam ad orationem mentalem disponunt ac præparunt, qualia sunt vitiorum, negotiorum, & nimiorum affectuum fuga.

QVEMADMODVM in rebus naturalibus artificioque humano peragendis necessarium est, aliquæ vt dispositiones præcedant, quibus ad formam tum naturalem, tum artificialem recipiendam materia ipsa disponatur: videmus siquidem, vt arbor viridis,

igneſcat & vratur, opus eſſe, vt omnis prius humor euaporet, & ab ipſo igne ſæpius penetretur. chalybs quoque vt laboretur, & enſis formam recipiat, neceſſe eſt, ante in fonace emolliatur ac ductilis fiat. Ita quoque, vt anima bene orationem peragat, & in eadem ad pietatem concitetur, diuiniſque amoris igne ſuccendatur, aliquæ diſpoſitiones & præparationes ſpirituales præcurrant oportet, vt per Sapientem
Eccli 18. monet Spiritus ſanctus, *Ante orationem præpara animam tuam*. & hæc licet præparatio in omni orationis genere neceſſaria ſit, in primis tamen ad mentalem, de qua hic agimus, requiritur. nam vt illa ſublimiſsimum & vtiliſsimum orationis genus eſt, ita & pluribus opus habet adiumentis.

Inter illa porro quibus ſe anima ad diuinũ hoc exercitium præparat, ſunt aliquæ, quas diſpoſitiones remotiores vocant, quibus eminus & velut longa manu ſeſe diſponit; aliæ viciniores, quibus propiùs ac viciniùs

niùs se præparat, vel dum ad orandum se componit, vel orare iam incipit. Hic autem de prioribus agemus. Quarum prima est vita bona, & pura conscientia, vt scilicet homo, etsi vitæ integræ puræque hactenus haud fuerit, sed insigni nequitia multis se grauibusque delictis inquinarit, iam tamen per pœnitentiam mundatus, firmum nunquam eadem committendi propositum cõceperit. Hæc ad orationem præparatio omnino necessaria est. nam etsi peccator quamuis commissorum pœnitentiam non egerit, non ideo ab orando desistere debeat, sed Deum obsecrare, voluntatem & auxilium efficax ad peccatis egrediendum, deque ijsdem pœnitentiã agendam, vt concedat; sed Deum oret, & in orando assiduus sit oporteat, ne malum scilicet ingraueſcat, vtque Deus ad ipsum facilis conuertatur; constat tamen, malam inquinatamque conscientiam maximum esse ad bene orandum, ac præsertim orationem mentalem impe-

dimentum. Quis enim actuale peccandi propositum habens, facilè quidem eleemosynam largiri, ieiunare, flagellis in se sæuire, psalteriũ & horas canonicas legendo percurrere poterit: at intra se ipsum intrare, & diuina diutius meditari, qualia sunt, à Deo se dijudicandũ, post mortem sequi iudicium, & æternam in peccato letali decedentes damnationem manere; quique in crimine mortali agunt, iuratos Dei hostes, omnipotenti exosos, satanæ mancipia, & ad perpetuum, pro præsenti quidem iustitia, cœli exilium, æternumque Tartari carcerem condemnatos esse; hæc & similia, quæ orationis mentalis materia sunt, non facilè meditabitur is, qui in peccato mortali agere voluerit. nam hæc illi cogitatio grauis est, ac proinde sancto huic exercitio non vacabit: sed vel peccati statum, vel orationem mentalem deseret. Cùm igitur apertè constet, vtrum horum homini sit vtilius & compendiosius, iuratus is suijpsius boni non sit hostis,

hostis, sed ex animo peccatum deserat, (quod est mortē simul & damnationem æternam deserere) & mundus puruſq; ie ad orationem accedat, inque eadem perseueret; atque hoc est ad vitam gratię peruenire, Dei possessionem adire, & viā ad infinita gloriæ eiusdem bona ducentem ingredi. Hanc ad orationem præparationem postulat Psalmista, dicens, *Subditus esto Domino*, præcepta eius seruando, *& ora eum.* *Psalm. 36.*

Alia ad benè orandum sui præparatio est, superfluas curas, occupationes, & prauos erga creaturas affectus præscindere. Eos verò qui Deo seruire statuūt, & planè ipsum peccatum fugiunt, hoc decipere diabolus artificio, & nimirum apparentibus quibusdam titulis persuadere solet, vt rerum nec ad vitæ sustentationem necessariarum, nec animæ vtilium, sed quæ aut arrideant, aut ad honorem, aut diuitias temporales comparandas aliquo modo conducant curam suscipiant, deque ijsdem sollicitè laborent: vt

ſcilicet nimia hac occupatione ac ſollicitudine impediti in anima curãda, & exercitijs ſpiritualibus flacceſcant. Quæ vbi euigorata & flaccida fuerit, facilè in euidentia apertaque flagitia propellitur. Pharao, Exod. 5. Iſraelitas, Deo obſecuturos, Aegypto, vbi captiuitate premebantur, egredi, in deſerto, Deo ſuo in molare victimas, & terrã promiſſionis petere velle videns, hanc ſe illorum Deo ſacrificandi voluntatem ait impediturum. hinc eos per Aegyptum ſparſit, vt paleas & ſtipulas colligerent, penſumque nihilominus diurnum in lateribus parandis implerent. dixitque: *Vacant, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus & expleant ea, vt non acquieſcant verbis mendacibus*, hancq; voluntatem exuant. Hoc inimici noſtri, Aegypto mundi huius imperitãtis, ſtudium & ſtratagema, dum homini occupationes & rerum tẽporalium, quæ nonniſi ſtipula, curas, adauget, vt ipſius in orationem,

in re-

in recollectionem, in quotidianam Sacri auditionem, & Communionem hebdomadariam, aliaque spiritus exercitia, quibus animam Deo offert, propensionem studiumque auferat & euertat; vel saltem, malè dispositus ijsdem & exiguo cum fructu vacet. Quapropter animæ oculos aperiamus, & hanc tentationem, quodque hinc promanat damnum, notemus, & aduersus eamdem nos omnes carni placentes, spiritui verò noxias conuersationes & opera repudiando cõmuniamus. Occupationes cum diurnas tum nocturnas examinemus, & quas non præcisè necessarias, imò nos distrahere, & turbare animum obseruabimus, reipsa deseramus: Affectus erga creaturas, qui cor ad se trahunt nosque turbant & inquietant, violenter à nobis rescindamus. Nam quemadmodum vitis virtus, palmitibus superfluis resectis, collecta quodãmodo in vnum, fortior redditur, amplioremq; fert fructum; ita cordis, quod finitum & limitatum,

attentio & vigor, vbi ſuperflua minimeque neceſſaria ab ipſo ablata fuerint, liberius, integriuſque ad Orationem reſque ſpirituales ſe componet. Atque hoc multis nos in locis apud Eccleſiaſticum monet Spiritus ſanctus: *Fili ne in multis ſint actus tui.* id eſt, ſuperfluas noli curas ſectari, quæ & vires excedant, minimeque neceſſariæ ſint. Alio autem loco ait, *Qui minoratur actu ſapientiam percipiet.* hoc eſt, quicumque inutiles, & minus neceſſarias occupationes præciderit, quò melius ſpiritualibus, quibus animæ puritas acquiritur, vacet, qualia ſunt Lectio, Oratio, Silentium & Recollectio, hic lucem & diuinam recipiet ſapientiam, qua & perfectius Deum cognoſcat, amet & ſapiat.

Eccli. 11.

Cap. 38.

Cap. II.

De alijs quæ remotè ad orationem disponunt; quiete scilicet, & insigni aduersus scrupulos & vanos timores robore.

Necesse quoque ad orationem mentalē debitè riteque peragendam, animum quietare, & aduersus scrupulos vanumque metum communire. Nam sicut orationem impediunt peccata & superfluæ de rebus temporalibus sollicitudines, ita, licet non vsque adeo, eandem turbant scrupuli & nimius metus. Vbi enim quis totus rebus exterioribus occupatur, vt sui immemor sit, scrupulos non sentit, vtpote qui interiorem attentionem requirunt. at vbi ad seipsum ingreditur, & internè se colligit, ea quæ salutis sunt, & intrinsecos animæ motus considerans, vti fieri solet, cùm ad orationem se mentalem applicat; tum demum scrupulos sentit, quamque in anima inquietem & turbationem causentur. Hunc igitur

timorem, anxietatem, ac moleſtiam vt quis fugiat, quæ ſcilicet naturaliter fugit, quoddam orationis mẽtalis faſtidium concipit, eamque vel penitus deſerit, aut non eo quo oportet ritu pietateque peragit. Quapropter vt ipſe erga orationem mentalem conſeruetur affectus, & propenſio, quò ſcilicet libenter & prout oportet, eidem vacet, animam egregio aduerſus ſcrupulos & timores inordinatos robore, quantum per diuinam licuerit gratiam, paret ac communiat neceſſe eſt.

Vbi ſeruos ſuos Deus ſcrupulis diuexat, hoc vnum, vt plurimum, ſpectat, vt ſcilicet ex animo egregiè ſeſe humilient, ſeipſos nempe diſpiciendo, ſibi diffidendo, & omni ſe creaturæ propter Deum ſubijciendo. Videns enim homo, re ſe exigua, quę ſi animum egregiè communitum diſpoſitumque aggreſſa fuerit, ipſum nõ turbabit, neu vel punctum à ſtatu dimouebit, imò negligetur ac ridebitur, turbari & inquie-

quietari, & illam magnum quid sibi videri, quasi ad æternam ipsum condemnationem pertraheret; statim perspicit, quàm omnes naturales ingenij & virtutis suæ facultates parui sint momenti, quamque Dei ope, in omni re bona tametsi vel minima, indigeat: simulque videbit, à se solo aliud quam ignorantiam, infirmitatem, mortem culpæ æternamque perditionem non habere. Hoc namque à se ipso habet, vt alio declaratum loco. Ergo rei huius veritatem ad oculum ac reipsa videns, se velut vilissimum quid contemnit. Tum verò hoc vexatione intendit Deus, vt homo, viso quantopere proximorum ope indigeat, à quibus doceri iuuarique in scrupulis, qui ipsum excruciant, & maximo in discrimine constituunt, possit, ipsos & amet & magni faciat, & caritatem vnionemque, cum vnoquoque conseruet.

In tractatu de sui ipsius diffidentia cap. 6 & seqq.

Certum igitur Dei, homini iusto scrupulos immittẽdo, hoc vnũ spectare, & in omnibus, & nostrũ bonũ,

& ſuam quærat gloriam. Aduerſus hos autem vnicum eſt remedium, quamprimum, quod à nobis ipſe exigit, dare, ex animo nos humiliando, proximumque magni faciendo, neminem vt deſpiciamus, & vnumquemque in veræ caritatis viſceribus amplectendo.

Certum autem eſt hoc nos humilitate adepturos remedium; ex ignorãtia ſiquidem naſcuntur ſcrupuli, & triſtitiam generant, humilibus porrò Deus promiſit lumen, & ſapientiam, iuxta illud Salomo-
Prou. 11. nis: *Vbi fuerit humilitas, ibi & ſapientia*. quin & ijſdem veram conſolationem pollicitus eſt; vnde Apoſto-
2. Cor. 7. lus, *Qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus*. Quaſi diceret: Hæc Dei conditio eſt, hic glorioſus illius titulus, Humilium cõſolator. Cùm igitur humilibus lucem, ſapiẽtiam, conſolationemque ſuggerat, haud dubium; quin is ipſe & ignorantiã, à qua ſcrupuli, inquietudo, & inanis metus naſcuntur, ablaturus ſit. Interim verò dum pia Dei manus

poten-

potenter illos animo non euellit, ne orationem ipsi impediãt, damnumque afferant, vtque mentis quietem consequatur, & insigne ex ipsis emolumentum trahat, in magistrum directoremque spiritualem, prudẽtem aliquem piumque virum seruus Dei deligat, atque ei in omnibus quæ suggesserit, morem gerat, & credat. Augustinus cũ doctrina ingenioque Ecclesiæ miraculum, & iuxta communem Doctorum sæculi sui opinionem, sapientia omnium facilè foret princeps, iam inde ab vltima Africa discipulum suum Orosium ad Hieronymum in Bethlehem misit, qui in rebus illum dubijs consuleret; quin & humiliter confitebatur, Hieronymo se doctrinâ cedere, vt his ipse testatur verbis: Etsi Episcopalis in Ecclesia dignitas præstet sacerdotali, maior tamen est Augustino, Hieronymus. Quasi diceret, Tametsi dignitate Hieronymo præcellam, quòd ego Episcopus, & ipse nonnisi presbyter sit, virtute tamen doctrinaque illo sum minor. *In Epist. ad Hiero.*

minor. Nec modò Hieronymo similibus vt aliquid ab illis disceret, illorumque de rebus propositis sententiæ acquieseeret, se subijciebat, verum etiam cuique etiam minimo, vt his ipse testatus est verbis: Licet Episcopus adeò senex & prouectus sim, paratus sum nihilominus vel à puero vel quolibet collega meo, etiam vnius anni nouitio, quidquid ignoro edoceri. Huius viri exemplo, is qui scrupulis angitur, & dubius est, si in ijsdem à Deo doceri & illuminari velit, directoris sui spiritualis iudicio acquiescat. Sanè si suæ ipse opinioni proprioque iudicio mordicus non adhæserit, neu quæ placent, sibi dici voluerit, at ab omni passione liber, pura solum veritatis audiendæ sequendæque intentione ac desiderio auscultarit; hauddubie à Deo edocebitur, vt iam suprà alio dictum loco, & infrà latius dicetur. Dei namque est ordinatio, vt in hoc vnus se subijciat alteri. multis quoque declarauit exemplis, quamuis aliquis in orationibus mirum

Epist ad Auxentiũ.

Tract de imitatione BV. In append. c. 11.

rum in modum exsurgat & efferuescat, vt etiam angelorum conspectu dignus reddatur, quamuis sæpius diuque ieiunet, & pœnitentiam insignem subeat, hæc omnia, quò in dubijs plurimis edoceatur, minimè sufficere, quando directorem habet spiritualem, quem audiat; sed inprimis opus esse, huic vt se subijciat ac pareat. Ita & in lege veteri docet Deus dicens; *si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, sequerisq; sententiam illorum.* Hodie verò hæcce ratio longè maioris est ponderis, ex quo Deus homo factus, humanam naturam ita condecorauit, sacerdotibusque claues regni cœlorum tradidit.

Sophron. in prato spirit. c. 199.

Deut. 17.

At quòd multi quidem suis in dubijs & scrupulis alios cõsulant, nullum tamen leuamen, quietem, auxiliumque sentiant; hinc etiam, si post spiritualis patris consilium scrupulus aut timor non cesserit, aduersus eun-

eundem obnitantur scrupulum oportet, firmiter omnibus quæ ille suggesserit credendo. Verbi gratia, dubitat aliquis, num præterita confiteri teneatur crimina, quòd eadem se confessum aliàs non recordetur. Directorẽ suum, quid hic facto opus consulit; non teneri respondet ille. Nondum verò scrupulo abeunte firmiter credat, nec confiteatur & liberè ad sacram Communionem accedat. Dubitat alius, num ob aliquã corporis imbecillitatem vesci illi licitum sit carnibus & soluere ieiunium. Hac super re Patrem spiritualem, prudentem, Deiq́ue metuentem consulit. ait hic, ob instantem, quam & suis ipse oculis, & periti medici consilio sufficientem videt necessitatem, ad ieiunium non teneri. si nihilominus dubium & timor maneant, quod ille dixerit credat, soluat ieiunium, carneq́ue vescatur. Etsi verò & tum hoc modo obediendo agendoq́ue aliquem in corde remorsum senserit, aut metuat, num peccet, sibiq́ue dam-

damnationem accersat; hanc æquo animo pœnam anxietatemque perferat, à diuina illam immissam manu acceptando: Certum porrò est, hoc illum pacto nec peccaturum, nec damnationem incursurum, at purgatorij hoc illi futurum loco, quò ab omni culpa & pœna purgatior, diuino sistatur iudicio, citiusque in cœlum euolet. Nec his repugnat hæc Doctorum doctrina, scilicet si quis dubitet, num quid peccatum mortale sit nec ne, & antequam dubitationem omnem exuat, ipsum committat, mortale crimen committere: verbi gratia, si quis dubitet, num hodie ieiunare teneatur, & mox, nondum depositò dubio, ientaculum sumat, letale peccatum committit, quòd manifesto se & euidenti periculo exponat, quodque malit appetitui, quàm Ecclesiæ præcepto satisfacere. Hoc inquam etsi verum, non repugnat eis quæ dicta sunt: quòd hæc doctrina, tum locum habeat, quando quis verè dubitat, tum quòd non interrogarit eum, qui

veritatem declaret, tum quòd à se ipso, ad veritatem indagandam, nec scientiam, nec rationem habeat; atque ideò meritò culpandus est, quòd dubitans, rem, non data prius quam debebat operâ ad dubio emergendum, nihilominus commiserit. Diximus autem hominem cùm in dubijs & scrupulis suis consuluit eum cui credere par est, vel etiam non consuluit modò ipse doctus sit, & sufficientes ad id dotes habeat, vel alios viros pios sapientes & prudentes illud de quo ipse dubitat, sine vllo peccati scrupulo viderit facere, ac tum ratione & maturè iudicat, nullum in eo de quo ipse dubitabat latere peccatum, & post hoc iudicium vel opus se illi conformat: hunc inquam dicimus, tametsi inter operandum omnis eum non deserat timor; vacillatio, & de scrupulo dubium, non peccare. hoc enim non est contra conscientiam, aut verum dubium, sed aduersus scrupulos & falsa dubia operari, quod sancti & docti omnes licitum esse

esse asserunt. Ita conscientiam suam quietet homo, quantum cum diuina potuerit gratia, ne hæc ei tentatio tam eminens bonum ac verã consolationem, qualis est mentalis oratio, penitus tollat, vel saltem impediat: ac caueat, ne illi persuadeat hostis, quod se à scrupulorum diuexatione liberet, bene factum esse, orationem mentalem deserere: ita namque non sanabitur malum, sed longè fiet deterius, damnum crescet, & longius ipse à remedio aberit. huius enim mali, vt & aliorum, vnicum remedium est diuina gratia & lux, quam non inueniet orationi se subducendo, sed arctius eidem se applicando, & in eadem perseuerando, iuxta illud psalmographi:

Accedite ad Dominum & illuminamini. Psalm. 33.

Gerson. de præparat. ad Missam con. 3.

D. Anton. p. 1. tit. 3. c. 10 §. 10.

(2)

Ca-

CAP. III.

Alia proponitur ratio, remotiùs ad orationem animam disponens, ipsa scilicet interior collectio.

VTI seruum Dei, quò benè orationem instituat, necesse est & culpas omnes fugere, & occupationes ac prauos inordinatosque affectus & scrupulos derelinquere, vti iam dixi: ita quoque imprimis opus est, cor ab inutilibus vanisque cogitationibus liberum præstare, & bonis sanctisque ipsum occupare. Tam viuax namque cordis nostri natura est, vt perpetuo continuoque in motu sit, semper aliquid voluens & cogitans: hinc si, laxando habenas libertatemque indulgendo quocunque ferri ipsum permiserimus, confestim terrena cogitat, adque indecentia malaque imaginanda se conuertit: quare bona vt cogitet, operā demus oportet. Cùm autem bonorum omnium optimum ac potissimum sit Deus, de Deo diuinisque vt cogitet satagamus.

mus. Atque hoc demum est recollectum habere cor, dum scilicet bonis cogitationibus distinetur, præsertim memoriâ Dei, illius semper recordando, ipsumque velut præsentem, aut intrà nos agentem considerando intuendoque. Et sanè dignissimum & æquissimum est, vt quis meminerit amici benefactorisque, iuxta id Ecclesiastici consilium: *Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis.* Ecclc. 37. Si amici, qui aliquando beneficus in nos fuit, sæpius recordari debemus; Dei, qui nunquã nõ benefacit nobis, quiq; singulis tũ diei, tũ noctis momentis vitam cõseruat, & innumera partim in corpus, partim in animã beneficia cõfert, vt sẽper perpetuoque reminiscamur multo sanè est æquius. Quàm porrò hoc iustũ est, & iuri naturali, diuino & humano cõforme, Dei semper, aut saltem sæpenumero meminisse, vt qui assiduò nos amet & benefaciat. Vnde nõ inscitè Ambrosius, Non satis est, intellectum nostrum Deo occupemus; *Lib. de human. dignit. ca. 2.*

ipsum

ipsum cognoscendo, eique credendo, nisi simul & voluntatem exerceamus, qua diligamus: Et ne quidem duo hæc sufficiunt, nisi simul & memoriam, semper & continuò eiusdem recordantes. Nam vt nullum est temporis momentum, quo diuina bonitate & misericordia homo non gaudeat; ita nullum sit oportet, quo Dei sui non reminiscatur, eumque ob accepta ab eo beneficia non recolat.

Dupliciter autem sanctum hoc memoriæ Dei, eiusque semper memoriâ, vel ante se, vel intra se tenendi exercitium vsurpare homo potest: primò considerando, Deum, omnia quæ creaturæ operantur, per ipsas operari, omnia ad Deum referendo, & ab ipso singula recipiendo. Si quando illi cibus sapit & satiat, aqua sitim pellit, sol illuminat, ignis calefacit, & vestis tegit, consideret statim, Deum esse à quo is descendat sapor, qui satiet, qui sitim restinguat, qui lucem concedat, calefaciat & tegat. Certum quippe est,

est, creaturæ operationem, etsi creaturæ ipsius opus sit, multo tamen sine comparatione, magis proprium id esse opus Dei, qui omnium causarum prima, quàm creaturæ, quæ nonnisi causa secunda, ac velut ipsius instrumentum.

Si quis viator, opulenti cuiusdam hospitio exceptus esset, & famuli domini iussu, deque eiusdem facultatibus, hic illi de veste, ille de cõmeatu viaticoque, vnus de equo, de pecunia alter prospiceret, quò reliquum itineris perficeret; ac tum quis ab hoc peteret, quis illi hæc omnia dedisset; non ab hoc aut illo seruo sibi data diceret, nec eorum nomina interponeret; verum palàm & publicè testaretur, Talis me vir ac dominus veste donauit, lautè excepit, ac liberalissimè de omnibus mihi prouidit. Ipsæ porrò creaturæ longè amplius à Deo dependent quàm à domino famuli: neque enim bona famulorum dominus curat aut cõseruat, vti Deus, qui creaturas suas assiduò tuetur & conseruat, vt sine

diuinæ

diuinę illius maiestatis nutu ne moueri quidem queant. AEquum igitur est, soli Deo vt attribuamus omnia bona creaturarum opera, & singula quæ ab ijsdem beneficia accipimus: consideremus, per illum nos eadem habere, ipsum & corde agnoscendo, & ore cõfitendo. Si proximus verbo aliquo nos salutari est consolatus, si vicinus contulit beneficium, si quod à consanguineo munus accepimus, statim ad causam primam, quæ bonam hãc voluntatem ijs dedit, quæque linguam simul & manus mouit confugientes dicamus, Deus me est consolatus, hoc mihi Deus beneficium contulit, hoc ipse me munere donauit. Ipsum & circa alia, quæ à quacumque creatura accipimus bona, faciamus oportet; atq; ita singulæ nobis creaturæ velut præcones erunt & excitatrices, quę Dei assiduè nobis memoriam refricent, sine vllo eius, quam hominibus ob accepta beneficia debemus, recognitionis præiudicio. Vult enim Deus & illis nos gratias agere.

Alius,

Alius, quo Deum sibi velut præsentẽ semper homo habere, & semper eiusdem recordari potest modus, paulò spiritualior est, & meliùs exercitatis, ac Deum non in operibus & effectibus (vti iam diximus) sed in seipso & propria substantia præsentem contemplari valentibus proprius. Cauendum tamen, ne quis illum sibi talis aut talis magnitudinis in imaginatione repræsentet, aliquem illi colorẽ, aut similes qualitates affingendo. In Deo enim qui corporis expers, purissimus est spiritus, infinitis donatus perfectionibus, nihil est eorum, quæ in creaturis corpore donatis contemplamur. Sed intellectu & memoria intellectuali proponendum menti esse quoddam infinitum, bonitas, pulchritudo inenarrabilis, maiestas & magnitudo spiritualis infinita. Atque vt piscis in medio natans æquore semper aquam intuetur, & quodcumque in latus se vertat, eadem se circumdatum cernit, ita nos intellectus oculo Deum semper nobis

quantum fieri potest, repręsentemus eumque continuò videamus & contemplemur: quamcumque enim in partem vertamur, semper Deo cincti sumus, vt qui vbiuis sit, & non modò exterius, sed etiam intra nos ipsos, intra corpus, & animæ nostræ substantiam. Hic scilicet Deus nobis est interior, quã ipsi nobis. Quemadmodum ergo oculos corporeos attollimus, quò attentè aliquam crucifixi Saluatoris imaginem contemplemur, quam semper præsentem in cubiculo habemus, & videmus, quomodo ipsa vicissim imago oculos in nos conuersos habeat; ita quoque oculi animæ, ad Deum semper nobis præsentem contemplandum, & videndum, quo nos ille modo perpetuò consideret, ne momento quidem oculos suos à nobis auertendo, attollendi sunt. Notandum verò, hunc Dei conspectum & memoriam, quod intellectus nostri opus est, affectu & voluntatis desiderio stipari debere, vt illum præsentem contemplando, ipsum simul

etiam

etiam desideremus, & familiariter cum ipso agamus, infinitæ eius bonitati vrgentissimas maximasque necessitates nostras proponendo, & humiliter ad easdem tollendas remedia postulando. Neque autem opus est, hic linguã loqui, at ex corde illi dicamus oportet, Quàm me ah Domine segnem & frigidum in te amando comperio, sanctum, obsecro, tuum amorem mihi concede, cœlesti amore tuo totum me succende, atque omnem animæ capacitatem diuino amore reple, nihil vt præter te diligam, aut si quid aliud amem, id solum propter te. Ah quã in vero meo bono cognoscendo cæcutio & erro! quàm in eodem sum prosequendo infirmus! In omnibus me voluntatem tuam edoce, & in omnibus & vbiq; eiusdem complendæ robur concede. omnipotenti tua manu me sustenta, ne fortè cadens peream. Ecquando Domine suaui atque arcto perfecti amoris vinculo tibi totus couniar?

Hæc aliaque huiusmodi, prout

communicare visum Deo, dicat anima oportet, dum Dei se præsentiæ sistit, idq; ex intimo cordis affectu, accedentibus ingeminatis suspirijs & gemitibus ex profundo cordis prorumpentibus. Si autem sanctum hoc Dei inuocandi intra se exercitium attentè, diligenterque continuarit, similibus affectibus & internis desiderijs eum inde colliget fructum, vt (teste Dionysio Charthusiano) breui animam in melius mutatam, & singularē quemdam mundi contemptum, & feruentem erga Deum affectum percepturus sit.

Lib. 1. contemp. mũdi c. 25.

Quidquid autem hic diximus, clam in animo peragatur oportet, sine vllo corporis motu aut exterioris vocis signo; at ita, vt quamuis cũ hominibus quis agat & loquatur, nemo foris cum Deo illũ intus agere percipiat. Idem quoque exercitium omni tempore & loco vsurpari potest, etiam in publicum prodeundo, aut opus aliquod externum agendo, scribendo, legendo, imò & cum alijs loquendo, aut loquentibus aures

accom-

accommodando. Nam ſicut internum eſt exercitium, & intellectus noſter ac voluntas promptiſſima, ac celerrima ſit, à nullo exteriori impediri poteſt, quin ſæpius ſingulis horis, imò horæ quadrantibus, cor Deum verſus, eo quo dixi modo, ſuſtollat. Sanctorum autem omnium praxis & experientia, qui vbique ac ſemper Deum ſibi præſentem, ea qua dixi ratione, imò per actualem quãdam vnionem, multo excellentiorem & mirabiliorem habuere nos docet, quàm dulce ac facile hocce Dei gratia redditum ſit, & donum eſſe, declarat, quod omnibus concedit Deus ex animo ipſum procurantibus. Porro ſancto hoc exercitio anima ſemper recollecta introrſum eſt, & ſi quando orationi vacare debet, cor ritè diſpoſitum, & à diſtractionibus liberum reperit, quò cõmodè & maximo cum fructu diuina meditari & contemplari valeat. Teſtis ſit magnus Baſilius, qui interrogatus quo anima ſemper collecta eſſe poſſit modo, ne in vanas & inu- *In regulis breu. interrogat. 306.*

tiles cogitationes distrahatur; respondet, si faciat, quod se feciſſe testatur Psalmographus, *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est*, & alio loco, *Oculi mei semper ad Dominum*: Hinc & Abbas Isaac de debita ad orationem dispositione agens, ait: Quales in oratione esse desideramus, tales ante ipsam esse studeamus. Docere vult, eam semper & vbique mentis nobis pacem & internam tranquillitatem procurandam, quam tempore orationis sentire cupimus. Quocirca, aiebat idem, omnem à nobis curam & nimiam rerum ac negotiorum terrenorum sollicitudinem propellamus ac verba otiosa, risus & sermones vanos fugiamus necesse est. Quidquid enim ante orationem agitat & tractat animus, illi, dum orationi incumbit, obijcitur. Hic scilicet verba otiosa in memoriam redeunt, & quæ referre pudet; hic risus & ludrica, quæ diximus, aut cum voluptate audijmus, occurrunt. Quapropter ante orationem fugienda ea, quæ

Psalm 15. *Psal. 24.* *Cassian collat 9. c. 2.*

quæ eiusdē tempore sentire aut habere nolumus. Hęc magni illius viri, digna quæ maturè expendantur, & diligenter executioni mandentur, sunt verba. Etsi autem hocce Dei præsentiæ exercitio, cordisque ad ipsum elatione, ritè orandi, vti diximus, gratiam consequamur: non hunc tamen solum hinc fructum colligimus. quippe adeò dignum, admirabile, eiusque est efficaciæ, succurrente scilicet Dei gratia, vt animam in Dei metu ac reuerentia foueat ac cōseruet. Quomodo enim Deum verebitur, ac colet anima illa quæ perpetuò eum sibi semper præsentem fingit? Quomodo non omnia peccata, etiam minima fugiet is, qui se à Deo semper inspici cogitat, quò vel benefactis mercedem attribuat, aut quod agat malum, dignis puniat supplicijs? Per hoc autem exercitium fit, vt serui Dei anima semper læta & solatijs plena sit: quippe Deum præsentem contemplans, in ipso non modò aduersus vniuersa mala remedium, sed & quę

optare queat, reperit bona. Nihil si-
Serm. 12. quidem est, inquit S. Dæotheus, quod animam ita recreet atque cósoletur, quam perpetua Dei memoria; vt Psaltes ipse testatur, dicens,
Psal 76. *Memor fui Dei, & delectatus sum.* De hoc & reliquis ad sanctum hoc exercitium spectantibus plura dicemus in exercitio de præsentia Dei. Notandum autem, ad ordinariam hanc recollectionem habendam & conseruandam inprimis exercitium huius sancti rosarij conducere: nam quotidie quis hæc mysteria recogitans facilè singulis diei horis & momentis illorum recordari, de ijsdem cogitare, & Christum modò in hoc vitæ eius, modò in illo passionis mysterio præsentem poterit intueri. Et sicut cor, per affectus, desideria & colloquia ad diuinitatis eius præsentiam esse diximus sic stollendum, ipsum & sacratissimam eius humanitatem in quopiam mysterio præsentem cogitando facere possumus.

CA-

Cap. IV.

De alijs quibusdam proximè ad orationem mentalem disponentibus, qualia sunt lectio, & feruens orandi propositum.

Inter ea, quibus proprius se anima ad ritè orandum disponat, primum ac præcipuum est, bonorum librorum lectio. Et sanè maximi momenti ac fructus est, libros legere, bona ac salutaria documenta continentes. Nam per huiusmodi lectionem, idem spiritus & conceptus, quem sanctus huius libri auctor habebat, legenti communicatur: quin & datur spiritus Dei, qui omnis salutaris doctrinæ auctor & inuentor.

Hinc Hieronymus famulum quẽdam Dei ad sanctarũ scripturarum lectionem exhortatur, idque eo studio ac diligentia, numquam vt manibus librum deponat. *Epistol. ad Nepotian.*

Inter alios, qui è lectione sequuntur fructus, is est maximè singularis; per eam scilicet, animam ad oratio-

nem, quod opus ipsa lectione longè dignius præparari. Alij præparant se, legendo ea quæ dein meditanda sunt. qui autem materiæ in meditatione decurrendæ probè memor est, huiusmodi lectione minimè opus habet: at si eiusdem ritè non meminerit, ipsam ante legat oportet, quâ ad orandum se componat. Si manè orationi incumbendum, vesperi precedenti mysterium meditãdum, legat & memoriæ mandet; vt experrectus eiusdem quamprimum meminerit, alias omnes cogitationes excludens. Si verò alia diei aut noctis hora orandum, semel ad minimum meditationis puncta paulò ante horam assignatam relegat; ita tamẽ, ne plurima simul legat: vnum namq; mysterium, imo & punctum, sufficere queat, modò rectè intelligatur.

Quare id in auctore, qui clarè & apertè ipsum deducat, legendum est. Si quis enim ad orandum non præparata ante materia accedat, quamdiu ipsam meditationis materiam

quærit,

quærit, aut è plurimis occurrentibus vnam quæ maximè arrideat, seligit, tempus orationi destinatum paulatim transit, & potissima fructus colligendi pars perit.

Præter hanc rationem, quæ ordinaria & communis, alia est singularis, qua quis ad se per lectionem aliquam, priusquam meditationem auspicetur, disponere tenetur. scilicet, vbi quis negotio aliquo, occupatione, aut praua passione distractus fuit, consultum fuerit, antequã diuina meditetur mysteria, aliquid è spirituali pioq; libro legere, quales sũt vita alicuius Sancti, aliquod è libello de mundi contẽptu, aut Ludouici Granatensis operibus caput, aut alius pietatem spirans libellus, idq; modestè ac tractim, lecta ruminando, & aliquem ad animæ salutem inde fructum eliciendo. Ita namque paulatim ad quietem se mens componet, ac serenabitur, vt maiori pòst meditationem dispositione perage-re possit. Nam si corde distracto ac turbato se ad orandum compone-

S. Bonau. speculi. disciplic. 13.

ret, nonnisi difficillimè eidem se & cogitationem applicare posset: at ante lectione ad eamdem præparatus, facilius ac suauius orationi incumbet, & citius in eadem quietem inueniet.

Aliud quo propiùs ad orationem se disponere anima debet, est, desiderium ac virilis aliquem ad benè orandum, fructumque inde colligendum, laborem subeundi resolutio. Nam tametsi Deo in oratione aliquem deuotionis sensum immittente, orans nullam in eadem difficultatem aut molestiam, sed suauitatem miram persentiat, quæ aliquando diu duret, interdum tamen fit, vt aliquam in eadem difficultatem ac molestiam experiamur. Cùm enim natura humana adeò per peccatum deprauata sit, intellectus leuis & inconstans, imaginatio mobilis, & ad hucillucq; volitandum, prout eam passio impellit, aut obiectum se repræsentans rapit prona, hinc ex se difficillimum est, ac nonnisi summo cum labore cõiunctum

vni

vni cogitationem rei affigere, & in ea, donec voluntas permoueatur, retinere.

Huic quoque difficultati naturali sæpe se astus & versutia Satanæ immiscet, dum varijs tribulationibus, occurrentem difficultatem maiorem quàm reuera sit, repræsentat. Quare nisi se ad orandum componens, viriliter secum statuat, aliquã propter Deum contentionem & studium adhibere, ac laborare, ingruente difficultate, facilè consternabitur, ab oratione desistet, & quod lucratus esset perseuerando bonum, amittet. Quapropter virili ac generoso aliquem laborem sustinendi, & in meditatione diuinorum etiam, quocumq; occurrente impedimento, perseuerandi proposito armatus, huic se dedat oportet. Si enim nullum absque labore ac sudore, bonum (vt dicitur) haberi queat, & si maxima quæque laboris pretio comparanda sint, mirari nemo debet, si oratio, quæ res adeò eximia, & ad rarissima quæque & lectissima

hoc & in futuro ſęculo paranda bona, peridonea eſt, aliquem laborem requirat; & ſi homo, qui ad bona temporalia, à quibus ad æternam abripitur mortem, comparãda tantopere ſudat, totiſque viribus connititur exiguum laborem ac difficultatem orationis, quæ cœleſte quid eſt, noſque ad vitã & gloriam termino carentẽ perducit, causâ, ſuſcipiat. Præſertim cum qui ob orationem aſſumuntur labores & difficultates, fructus ſemper animæ maximè ſalutares producant, & interdum adeò quidem ſuaues & ſolatio plenos, vt breuiſſimo tempore omnem quam abundantiſſimè laborem qui multis horis, forſan & annis impenſus eſt, remunerentur. Et ſanè æquiſſimum eſt rationique maximè conſentaneum, Dei ſeruum ad ſanctum hoc ſe exercitium diſponere, concepto pro Dei nomine aliquid laborioſum aggrediendi deſiderio, & Spiritui ſancto per Prophetam monenti auſcultando, dum ait, *ſpera in Deo, viriliter age*, non dando

Pſalm. 16

locum

locum pusillanimitati aut tepori, & *sustine Dominum*.

Cap. V.

De alijs rebus quæ proximè orationi conducunt, qualia sunt locus, de quo iam agemus, & tempus, & reuerentia exterior, de quibus postea.

Agentes de primo recitandi rosarij modo, qui oratione vocali peragitur, nonnulla de loco & tempore ad eam dē peragendam idoneis seligendis, & quâ eadem reuerentiâ & attentione instituenda sit diximus. at quoniam hæc non minus orationi mentali necessaria sunt quin imo magis etiam particulariter, idque ob alias rationes prægnantiores, nunc de ijs magis exactè loquemur. Primum itaque, ad orationem mentalem benè instituendā, cōuenientissimū est, seligere locum eidem inprimis idoneum, angustum scilicet cubiculum aut sacellum domesticum, aut suburbanum, in quod se quietè quis sine impe-

impedimento mysteria diuina meditaturus abdat. Qui cum amico de aliquo magni momenti quodque placeat, negotio agere voluerit, ab alijs eum hominibus sequestrat, ad agros deducit, aut eidem secum cōclaui includit, vbi nemo sermonem impediat aut interrumpat. Oratio familiare animæ cum Deo colloquium est, in quo de maximi ponderis negotio, quodque maximè delectet animam agitur; quare vt attenta sit, vtque eam nemo impediat, omni quo potest studio allaboret vt locum secretum diligat. Ita nos id
Matth. 6. edocet Christus dicens: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito.* Suo quoq; nos id exēplo edocuit, cùm ad vsque annum tricesimum solus domi egit clausus, & Euangelij prædicationem auspicaturus in desertum se cōtulit, & quadraginta ipsis diebus in solitudine orationi vacauit. Quin etiam postquam docendo miraculaque edendo, opus nostræ Redemptionis operari

rari cœpit, sæpenumero de nocte, tum hortum, tum montem petijt, ab Apostolis sequestratus, soluſque orationi ibi vacauit, & noctes integras vigil eidem tacitus impendit. Tandem etiam cùm in horto supremùm oraret, à tribus se remouit Apostolis quantum iactus est lapidis. Certum est autem, Christum, ad attentius orandum, in humanitate sua sacratissima solitudine opus non habuisse, cùm nihil ipsum impedire posset, sed docere voluit, quam nobis sit secretum ac quietum cum attentione maiori & affectu orandum seligere locum necesse. locum autē orationi idoneum imprimis requiri, certissimum est, cùm suo nos Dominus exemplo, tot in deserto diebus, tot in montibus agens noctibus id docere voluerit. Hinc Gregorius Nazianzenus: Præclara & pulchra est solitudo ac quies ad orandum & cum Deo agendum. Demonstrat id mihi mons Carmelus, in quo orauit Elias, & solitudo in qua Ioannes Baptista commoratus est

Marc. 6. Luc. 22.

Orat. de fouenda paupertate.

est & orauit; mons quoque quem sæpiùs Christus Iesus, secum ipse locuturus petijt, is enim ipse, qui v
In Apolo. homo orabat, verè erat Deus quem orabat. Alio autem loco idem Doctor ait: Quandoquidem licuerit solitudinem deligo, eamque mihi sociam adopto; hæc enim mihi vera quædam mater est, quæ mihi, quò mentem ad Deum sustollam, eiusq; diuinitatis participem, auxilio est.

De comparat regis & monachi. Eadem luce illustratus Chrysost. solitudinẽ, quæ sc. melius orandi causa deligitur, etiam in hac vita iustos ait bonis spiritualibus satiare, eisq; gratiã impetrare, quò læti hilaresq; hac egrediẽtes, Dei tribunali sistãtur

Tametsi autem omnium minimè sit vitam solitariã eligere, sed paucissimorum; locum tamẽ solitarium ad secretò cum Deo diebus aliquot agendum, idque orationis tempore, de quo hic agimus, seligere, omniũ est. Ita fecere sancti illi Archiepiscopi Gregorius & Chrysostomus, innumerique alij prælati & antistites, vti post videbimus; qui tametsi

gra-

grauissimis maximeque necessarijs rebus in Dei Ecclesia occuparentur, ad tempus tamen ijsdem se expedire nouerãt, quò in solitudine soli Deo vacarẽt, & spiritũ quodammodo resumerent, vt suo dein melius officio ac munere fungerentur. In Sacris litteris varia huiusce rei exempla reperire est. Isaac in agro versabatur, appellente è Mesopotamia spõsa Rebecca, aitque Scriptura, illum vespere ad meditandum egressum esse, id est, (vt quidem Hieronymus, alijque interpretes exponunt, & Hebræi ipsi affirmant) solitudinem ad orandũ resq; diuinas quietiùs contẽplandas petiuisse. Iacob ad paternam cũ vxoribus, filijs & vniuersa familia domum rediens, greges oẽs & comites Iordane traiecto, prẽmisit, & solus ipse in agro oratur⁹, meditaturusq; cẽlestia, mansit: atq; hic missus ad eũ visitandũ angelus, qui nomẽ illi Israelis, Iacobi loco, imposuit. Sara puella, quæ Tobiæ iunioris dein vxor fuit, dicitur conclaue secretum & sublime, quod in eum

Gen.24.

Dionys. Carthus. ibid.

Gen.32.

Tob.3.

eum vsum domi erat, conscendisse, & triduo ibi inclusa orationi meditationique vacasse. Tradit item sacra Scriptura, Iudith viduam, in summo domus fastigio secretũ habuisse velut oratorium, in quod se oratura abdebat. Apostolum Petrũ refert Lucas, dum quadam in domo hospitaretur, circa meridiem, impransum ad orationem se contulisse, & eadem de causa cõclaue, quod in domus erat superioribus petijsse, ibi se adorandum composuisse, & cœlitus visitatum fuisse. In hoc igitur semper veri Dei serui sedulò incubuere, vt si quo modo fieri poterat, solitarium & quietum ad orandum locum captarent.

Iudit. 8 9
Act. 10.

Vbi igitur similem in locum se abdiderit homo, si vocalem fundere orationem voluerit, parum refert, locusne lumen habeat, aut obscurus sit. At si mentalem instituere & meditari diuina voluerit, de quo hic potissimũ agimus, in tenebris illum agere, omni lumine secluso satius fuerit. Si de nocte orare decreuerit,

tem-

tempus ipsum caliginosum nulla alia adhibita diligentia, exstincta dumtaxat candela, maximè rei huic proprium est. Sin verò interdiu quodam in cubiculo oret, fenestras & ianuas omnes claudat oportet. Si in agro locoque patulo, qui occludi nequit, conetur, cùm id commodè fieri possit, oculos claudere, aut vultum saltem velo aliquo tegere; si nec id fieri commodè potuerit, internam saltem attentionem habere studeat, nec in hanc illamue in partem oculis vagetur.

Permagni verò ad orationem mentalem refert, in tenebris agere; commodè autem ipsum intelligi nequit, nisi reipsa quis sit expertus: tametsi id ipsa satis conuincat ratio, cum ad orationem mentalem maxima opus sit attentione, atque vt anima introrsum penitus collecta sit. Si ergo in lumine quis oret, in singula obiecta oculos conijcit, atque ita multum interiori attentioni, quę visu dispergitur ac perditur, decedit. Adhæc sicut gratuitum donum

Dei

Dei est, ritè orationem peragere, hinc si quem ipse viderit, quò melius oret ac mysteria sua meditetur, exteriori se lumini & visus solatio priuare eius loco, multo melius internam animæ lucem, ad contemplanda diuina, voluptatem quamdam & interiorem bonæ orationis consolationem tribuit.

Lib.4.c.4 Hinc præclarè Simon de Lassia de nocturnis loquens vigilijs: Etsi solatio sit solis lumen, & eius adminiculo omnium creaturarum ornatū intueri; multò tamen melius est, quando quis de nocte exsurgit, vt in oratione vigilet, mentis oculis lucem diuinam, & regis cœlestis substantiarumq; supernarum pulchritudinem intueri. Hinc satius ait esse, vt qui orat, in tenebris agat; nam tenebræ corporales spiritualem lucē nobis afferunt. Ita namque fit, vt maiori luce & claritate interna, ac maiori quiete, se ipse quis videat, & legem diuinam contempletur. In huius rei confirmationem notat, vnam è præcipuis, ob quas diuina sapien-

pientia voluit, vt Christo pro nobis patiente, in meridie, sol obscuratus sit, & vniuersam terræ faciem texerint trium horarum tenebræ, causis fuisse, vt scilicet homines, in hac caligine agentes, nec huc illucque sensibus diuagari valentes, in se ipsos ingredientes, & in interiori se animæ colligentes, mysterij quod tum in terra agebatur magnitudinem considerarent; ac qui tum Ierosolymis versabantur, innocentiam patientis Redemptoris agnoscerent, & miraculorum sanctorumque operum, quæ ipsum patrantem viderant, memoriam refricarent. Et sanè plurimi illorum hoc modo permoti sunt, & ad vrbem compuncto corde mœrentes, commissa plangentes, inque contritionis argumentum pectora tundentes rediere. Hunc item solis defectum fieri voluit Deus, vt qui illum in varijs mundi partibus intuebantur, magnum aliquod in terra miraculum fieri agnoscerent, & vt postea Euangelij prædicationem audientes, meminissent, hoc esse

esse illud miraculum, quod in tene
bris iã ante meridianis annotassent
itaque facilius ad fidem conuerte
rentur, vti Diuo Dionysio Areopa
gitæ, alijsque, qui huius occasione
ad Christum transiere, contigit.

Epist. 11. ad Apollophanem.

Hoc item nos docuit Christus Dominus, quòd non modò monte orationis caussa peteret, sed noctem ad hoc potissimùm deligeret, ac nocturnas tenebras & quietem, pro nostra orando salute, nobis ad exemplum, traduceret. Elias item Propheta in monte Carmelo interdiu ad orandum se composuit, quando scilicet interiori orationis affectu pluuiam à Deo petijt; sed ait sacer textus, in terram illum se prostrauisse, caputque dimissum inter genua declinasse. Idem in monte Oreb orans, ac visitationem supremã exspectans, suo vultum pallio cooperuisse dicitur. Quid sibi vult Propheta, modò faciem intra genua dimittens, modò pallio eandem, dum orationi vacare vult, velans? Hoc scilicet artificio (vt loci huius dicunt

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

cunt interpres) vsus est, vt vultu tecto, oculisque clausis, orationi internæ mentaliq́ue quam faciebat, maiori attentione & affectu vacaret. Hinc & sancti omnes, qui in mentali se oratione exercuere, nocturnas semper tenebras cõsectati sunt, aut interdiu loca secreta & clausa adiere, in quibus solares radij rerum cœlestium contemplationem minimè impedirent. Propterea etiam D. Antonius, referente Cassiano, cùm totas noctes orando traduxisset, aduentante luce, cum sole expostulabat, quòd lumine illo exteriori, quo oculi corporei illustrabantur, interiorem animæ contemplationem impediret.

Lyranus ibidem. Dionysius Carth.

Collat 9. c.30.

Caput VI.

Quale tempus Orationi mentali aptum eligendum sit?

Loco recollecto & secreto selecto, tempus item orationi peragendæ oportunum deligendum est. Nam etsi omne tempus ad breues quasdam orationes emit-

D Th in 1. Tim. 2. lect. 1.

tendas, & animam ad Deum sustollendam proprium sit; & omni hora ac momento hoc modo Deum anima orare conari debeat; tamen ad orationi mentali expresse & data opera, & quidem prolixæ & continuæ vacandum, omne tempus minimè aptum est; sed aliquod idoneum seligendum. Porrò huic diuino exercitio maximè proprium est, vt benè D. Bonauentura notat, omne id spatium quod à noctis conticinio ad auroram vsque intercurrit. Qui potuerit, ex toto illo tempore, horam in qua meditetur, deligat; omnium autem illa est commodissima, quæ auroram præcedit. Hanc in rem opus est, & sobriè comedere, & ea cubitum hora concedere, vt post sufficientem somnum ante auroram surgere queat.

Bonauent. in spec. discipli. c. 12.

Si quando Deus sanctos suos visitare vult, & sua illis arcana communicare, vt plurimum noctis tempus eligere solet. Hoc tempore Abrahamum cõpellauit, dum filium illum immolare iubet; Samuelem quo-

Gen. 22.

1. Reg. 3.

quoque, quando in templo sua illi arcana reuelauit; Deiparam item (vt cõmunior habet sententia) quando Archangelum Gabrielem ad illam è cœlo destinauit; Ioseph hum item eiusdem coniugem, cùm illi in AEgyptum proficisci suasit; Magos denique, dum eosdem monuit, ne ad Herodem redirent. Has aliasque reuelationes interiores noctu plerumque Deus immittere solet, vt docet Ieremias. Certissimum id signum est, tempus hoc esse ad cum Deo conuersandum, meditandumque cęlestia aptissimum. Tunc enim anima, adiuuante caligine, in alto noctis silentio, & omnium animalium quiete, recollectior est, & interioribus intentior. Atque ita se testatur Dauid, de nocte & summo mane ad orandum & laudandum Deum surrexisse. Idem se fecisse cõfitetur Isaias: *Anima mea te desiderauit de nocte*, id est, De te cõtemplando, sancto amore ac desiderio tui incendebatur. Ad hoc fidelẽ animã adhortatur Ieremias: *Cõsurge lauda in no-*

Luc. 1.
Matth. 2.
Ibid.
Ierem. 25.
Psal. 118.
Isai. 16.
Thren. 2.

in nocte, in principio vigiliarū: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, tuasque illi necessitates repræsenta, & ex toto corde tuo aduersus easdem remedium omni contentione deposce. At tametsi tempus hoc maximè ad orationem mentalem idoneum sit, qui tamen certas ob causas hoc seligere sibi nó potuerit aliquas mane, aut circa vesperam horas capiat: & quo illa hora auroræ aut nocti instanti vicinior fuerit, eo & melior. quo enim erit matutinior, eo mens futura liberior; quo etiam serior, eo minùs prandio meridiano impeditior.

Circa tempus hoc meditationis declarandum etiam, quantum temporis spatium singulis de Diuinis mysterijs meditationibus insumendum sit. In quo nulla certa præscribi regula potest, quæ omnibus communis sit; quod vnus maiorem alio ad sanctum hoc exercitium habeat oportunitatem & commoditatem. At distinguendo dico, eos quibus otium est, & optima corporis valetudo,

tudo, saltem vnam quotidie horam sancto huic operi impendere debere. Si verò exterioribus negotijs impediti, horam integram insumere nequeant, media saltem occupentur.

Nam si sufficientem animum aut tempus ad cibandam animam, ac cœlesti hoc alimento reficiendam non habeant; paulùm tamen ex eodem gustent oportet, ne incomparabili hoc bono, quale est diuina mysteria percipere, & clarè admodum ac quietè eadem cognoscere, & quanti sit redemptionis nostræ opus momenti ritè debiteque perpendere, (qui verus meditationis fructus est) omnino frustrentur. Insuper notandum, illos, qui copiosius de pretiosissimis sancti huius exercitij fructibus participare, inque eiusdē intima penetrare, & magna gratiæ luce diuina mysteria videre voluerint, etiam plura præstare, nec satis illis esse debere, vnam meditationi quotidie horam, at interdum duas aut tres etiam, impendere. Quæ licet

interrumpi queant, vt aliquod int
ipsas tẽpus intercurrat; at si firmi
ri sint corpore, & gratiam à Deo
hoc acceperint, satius fuerit duab
per diem iunctim horis attentè ho
rum mysteriorum meditationi va
care. Quoniam verò hoc minim
ordinarium est, nisi fortè aliquibu
diebus & temporibus, hinc plures
ipsum magna cum facilitate exequi
poterũt. Exẽplis porro & experien
tia sanctorum virorum constat, cõ
tinua hac & perseueranti oratione,
multa à Deo creatore beneficia bo
naq; orantibus concedi solere. Vt. n.
ij qui aquę venam quærentes terram
effodiunt, sæpe frustra sunt; quisi
paulò profundius effoderẽt, & for
san tantum bis ligonem solo inde
rent, in copiosam aquæ dulcis &
lympidæ inciderent scaturiginem,
sed quod in medio defatigati opere
laborem interrumpant, omnem o
peram & oleum perdunt, nec aquam
quã quærebant reperiunt. Ita & plu
rimis sancto huic se exercitio danti
bus contingit, qui si diutius insigni
cum

cum constantia in eadem perseuerarent, plura & suauiora diuinæ gratiæ dona reciperent; quæ, quod minimè perseuerēt, negare solet Deus. Boni quidem operis sui fructum & meritum, quod longè est amplissimum, non amittunt; at particularia nouæ lucis & roboris dona, & magis viuidum rerum diuinarum affectum, aliosque fauores, quibus anima renouatur, & in pietate omnigenaque virtute mirificè crescit, sæpenumero perdunt, quòd in orando diutiùs non perseuerent. Nam vt sunt dona gratis à Deo dari, nullo hominis præcedente merito, solita, plerumque illa dabit ijs, qui maiori cum humilitate & cōtentione, diutiusque in oratione perseuerauerint. Hinc Bernardus: Sæpius, inquit, (vt norunt qui experti sunt) tepido & sicco corde ad orandum accedimus, in qua si contētiosè studioseque persistamus, statim à diuina gratia, quæ hic nobis infunditur, quæque pectus & animæ viscera, id est, intellectum & voluntatem, pie- *Serm 9. in Cantic.*

tate & caritate replet, visitamur. Quanti autem referat, & quantam vtilitatem adferat, interdum diutius in meditatione perseuerare, egregiè docet doctissimus Gerson, dicens: Longo tempore vno in loco fixus mane, orationem tuam cõtinuans; vnaque hora transacta & aliam eidem impendere statue, diuinæ gratiæ eleemosynã expectans, atque ita fiet vt vltima hora maiorem fis fructum inde, quàm ex omni tempore præterito, collecturus. Si nec tunc postulata obtineas, non propterea cruciari, aut animum despondere, sed iusta cum patientia, humilia te, & confitere iustè tecum agi, & indignum te esse qui maiora bona recipias, ac tũ hãc Deo molestiam, laborem & operam quam impendisti, offerto. Itaq; Deũ tibi reddes beneuolum, illiusque misericordiam & clementiam prouocabis, vt quæ postulas, quęque magis tibi conueniunt, concedat.

p.3. de mente cõ temp. c. 43

Erunt fortè nonnulli, quibus cũ Deus pulchritudinem, & pretium

huius

huius thesauri, qui in oratione mẽtali reperitur, declarare cœperit, satis non erit tempus quod orationi prescripsimus, sed diutius eidem vacare, quin & integras dare noctes volent. Hosce prudentium & huius exercitij peritorum confessariorum iudicio remittimus: Erunt enim nonnulli, qui id ipsum magno cum fructu ac sine vllo valetudinis detrimento facere poterunt. Alijs verò cum ob corporis animique indispositionem, tum ob muneris obligationem & occupationes, necesse erit, temporis aliquod spatium & piorum affectuum moderamẽ præscribere. Certum ergo est, si ad Dei gloriam & animarum salutem dirigi sincerè voluerint, & confessario singula aperiendo, & sincere illi obediendo, Deum, quid potissimùm faciendum fuerit, illius operâ, declaraturum.

CAP. VII.

Varijs exemplis Sanctorum, ea quæ de loco & tempore meditationis diximus, confirmantur.

QVOD locũ & tempus orationi idonea seligere permagni referat, quæ hactenus diximus primarijs aliquot exemplis Sanctorum confirmabimus. Non referam hic sanctos illos Monachos & Anachoretas Thebaidis, ac Nitriæ, in quibus claruere Moyses & Beniamin; nõ Scythicæ regionis, in qua floruit magnus Isidorus cum alijs infinitis; non superioris & inferioris eremi AEgypti incolas, inter quos viguere Macarij; non monachos montis Sina, Pharan & Iordanis, non primæ & secundæ Palæstinæ; neu vniuersæ Syriæ, aut alios innumeros, quos Græcia & aliæ mundi partes habuere. Tametsi euidens sit ad probandum ea quæ volumus argumentum, cum tot eximios & illustres viros, Spiritu sancto plenos, quò commodum locum, & rerum

Ruf. hist. Eccles. Euseb. lib. 11. c. 18.

Concil. Constantin. II. August. de moribus Ecclesiæ.

rum diuinarum meditationi tempus oportunum haberent, vrbes & ſtrepitum popularem deſeruiſſe, ſimul & ab hominum etiam cariſſimorum commercio & conuerſatione ſe ſequeſtraſſe, commoda ſolatiaq; corporis, erga quæ illi naturalem inclinationem non minus ac reliqui hominum habebant, deliquiſſe videamus. quorum aliqui in incultas ſolitudines & deſerta, alij in monaſteria, quæ ſiluis continebantur; alij in montes & ſpeluncas conceſſere, in quibus totum ſine vllis delicijs, aut hominum ſolatio vitam traducebant, vt taceam acerrimas hiemis iniurias, æſtatis ardores quos ſuſtinuere, ſuper nudam reclinati, ſine tecto, ſine domo, ſine vllo veſtis tegmine ſomnum captantes, ſilueſtres herbas, arborum fructus, & velut delicias fruſtum aliquod panis comedendo: itaque omnia ſolatia fugiebant, atque ita corpora affligebant, quò locum ac tempus idoneũ, quò ſe puriſſimæ Dei eiuſque operũ & myſteriorum contemplationi

darent, captarent: atque hoc primarium erat exercitium cui noctu & interdiu vacabant. Huius autem nobiliſſimi exercitij adminiculo tantam cœlitus lucem, tantam ſanctimoniam, ac vitæ puritatem, tantam deuotionē & diuinū ſolatium nacti ſunt, vt animæ quoad lucē & puritatē ſoles quidā ſpirituales, & moribus ſanctiſſimis angeli quidā in mortalibus corporibus viderentur. Eſi autē hæc exēpla multū cōducant, vt laborē aliquē & cōtentionē adhibeamus, vt quotidiè, ſi modò velimus, vnā aut duas horas, & quotannis, ſi lubeat, ſeptimanā vnā atq; alteram continuò ſancto huic exercitio demus, cū viri illi ſanctiſſimi à Deo inſpirati, tantum laborem inſumpſerint, quo totam illi vitam dicarent, ac ſomnum oculis, quietem corporibus, quò tota in oratione nocte excubarent, negarint. At quoniam cum homines rebus vitæ huius ac ſæculi, & ſui ſuorumque ſuſtentatione occupati, tum & illi qui publicis officijs & animarum cura detinen-

tinentur, horum monachorumse exemplo tueri possent, dicentes, hos alia occupatione impeditos nõ fuisse qua à suauissima hac cum Deo communicatione auocarentur, at se grauissimas & prægnantissimas habere occupationes: hinc horum exempla seponentes, alios in medium producemus viros, qui ratione status & officiorum maxima & continua impedimenta, atque occupationes prægnantissimas, & rebus publicis & Ecclesiæ Christianæ maximè necessarias habebãt, quales sunt Episcopi & Ecclesiæ Prælati, Principes, & Domini sæculares; qui à Spiritu sancto edocti, sanctum hoc exercitium, ad Dei cultum & gloriam maximè spectare, tantiq; momenti, & animabus maximè vtile videntes, optimum esse iudicabant, aliquot diei ac noctis horas à grauissimis hisce occupationibus cessare, & aliquoties per annum ad aliquot dies eas penitus, quò orationi & rerum diuinarum contemplationi sedulò incumberent, seponere.

Dum crederent, nullum se hoc pa
cto Ecclesiæ suæ aut rebuspublici
molestiam, aut damnum, imò maxi-
mam vtilitatem afferre. hoc pacto
namque se officio aptiores redde-
bant, suisque in operibus & verbis
maiorem efficaciam ad muneri suo
satisfaciendum adipiscebantur, ita-
que magis & particularius in eo à
Deo dirigebantur, quò animabus,
quibus præerant, magis prodessent.
Nec satis erat, accepta cœlitus luce
id ita esse intelligere, nisi & quoti-
die experientia, ac reipsa comperis-
sent, omnem in se, si huic exercitio
non satisfacerẽt, & vigorẽ & robur
ad ea quæ officij sui erant implenda
deficere, ac fore, vt à tepore tandem
superarentur: si verò orationi debi-
to modo incumberent, spiritu se &
vigore cęlesti repleri ad ea quæ mu-
neris sui erant, exequenda.

Refert Seuerus Sulpitius S. Mar-
tinum Turonensem Episcopum ta-
metsi diu noctuque cor suum sem-
per ad Deum sustolleret, illum sem-
per præsentem intuẽdo, & cum illo

agen-

agendo, ad orandum tamen & diutius contemplandum, suum in templo locum separatum ac solitarium, in quò ordinariè orationis causa se recolligeret habuisse: & præter orationem hanc ordinariam, sæpe omnia Episcopatus munia penitus deserere, & ad dies aliquot, in monasterium, quod duobus ab vrbe milliaribus distabat, & in quo cellã separatam habebat, in qua solitarius Deo vacabat, deque eodem cõtemplabatur, conferre. Et tametsi ad Episcopatus munia plurimorũ gentilium accederet conuersio, cui sanctus ille totum se dabat, omnibus cedere solitum, quò optatæ recollectioni incumberet. Tantopere autẽ Deo hoc placuit vt post illum ab hac recollectione digressum, maxima miracula ederet, omniaque quæ agebat, maiori exequeretur efficacia. Cumque nullam humanam scientiam adeptus esset, hoc tamẽ medio tantam nactus est Sapientiam, vt doctissimis quibusque ita præcelleret, vt Seuerus, nullum se tantæ virum

rum scientiæ aut sapientiæ loquentem audiuisse testetur.

Beatissimus Hugo Lincolniensis Episcopus in Anglia, vt refert in eius vita Surius, etsi grauissimis vrgentissimisq; muneris sui negotijs premeretur; quotidiè tamè per orationem contemplationemque se recolligebat; quoque spiritum conseruaret, non satis illi erat ordinaria oratio, sed quotannis, saltem semel, ab omnibus se Episcopatus negotijs expediens, ad aliquod Carthusiæ Cœnobium se conferebat, in quo maxima mentis quiete, aliquot se diebus oratione, contemplatione, & cum viris sanctissimis ibi agentibus de rebus spiritualibus colloquio, colligebat.

Mense Nouemb.

De S. Aquilino Ebroicensi in Gallia Episcopo, cuius vndeuicesimo Octobris die festum celebratur, refert vitæ eiusdem auctor vir grauis, ipsum vt probè officio fungeretur, & animarum saluti efficaciter incumberet, velut optimum ad hoc medium selegisse, diligenter & exactè di-

Martyrol. Rom. 1. Suarium Octobri.

ctè diuinæ contemplationi incumbere. In hanc rem cellam centum dissitam ab Ecclesia passibus construi iussit, in qua, sepositis ad tempus Episcopatus functionibus, mentem spiritumque colligebat, totusq; contemplationi vacabat. Atque hoc pacto magis subditorum saluti proderat, quàm si perpetuò apud eosdem egisset. Sancti enim huius exercitij operâ effectum est, vt perfectissimè quadraginta duobus annis Episcopatum regeret, & sanctissimè vitam post illustrissima edita miracula finiret. Addit verò auctor virum hunc ideò mentis recollectioni ita studuisse, quòd electorum Dei proprium sit, loca solitaria & recollectionem eligere, quò orationi & contemplationi sese, quantum possent, sine vllo officij sui damno, dedant. Rationem autem subiungit: nam sicut inquit, mundum contemnunt, & Deum videre summopere expetunt, ita quando penitus mundum deserere, ac Deum videre prohibentur, & mundum fugiunt, &

Dei

Dei seco ntemplationi Sanctorum
que mysteriorum meditationi tri
dunt. Tum etiam quoniam in anim
lucem diuinam & quidem singul
rem habent, hinc & recollectio
student, in qua lux hæc ad contem
plandum cœlestia mirificè prodes
sicut è contrà, qui diuina hac luce
destituti sunt, hanc quietem dete
stantur & commercium hominum
mundanaque omnia diligunt, quòd
hæc luce illa exteriori quam habent
videant, atque vt puram in anima
lucé nõ habent, qua cum voluptate
alia longè meliora videant, hinc di-
ligunt illa quæ vident, vt ijsdem de-
lectentur. Hasce rationes non mi-
nus subtiles quàm veras hic auctor
profert, ad declarandum cur viri
sanctissimi adeò recollectionis fue-
rint studiosi.

Surius in Nouemb. Beatissimus Laurentius Dubli-
nensis in Hibernia Archiepiscopus
orationi mentali deditus fuit quàm
maximè, & iam ad Archiepiscopatũ
euectus, crescentibus negotijs, non
propterea in eadem vnquam refri-
xit,

xit, quin potius maiori se cõtentione eidem applicuit: nam præter vigilias ordinarias, in quibus bonam noctis partem contemplationi dabat, speluncam in loco sublimi & solitario habebat, ad quem nonnisi gradibus & scala aditus patebat. Huc alquibus anni temporibus concedebat, & quadraginta dies hic se recolligẽs, de rebus diuinis in quiete contemplabatur. Ac tum præter panem & aliquot herbas nihil penitus gustabat: Episcopatus curam interim Abbati cuidam affini suo credebat, ac si quid tamen occurreret, quod ipsius requireret præsentiam, ad se referri volebat, & illi soli ipsum tunc adire ad communicandum cum eo fas erat. Laurentius autem ex hac recollectione ingens lumen & robur spiritus ad suos ad Dei cultum promouendos colligebat.

B Vvolstanum Vigornienſem in Anglia Episcopum refert in eius vita Branonius, vt se ad contemplandum cum Deo colligeret, in Episcopatu

Surius in Ianuario.

patu aliquot hinc inde cellulas cõstruxisse, vt si quando diœcesin obiret, loca secreta & separata, huius sancti exercitij causâ haberet, & hisce de die se includere ad cõtemplandum, noctu verò in oratione excubasse solitum. itaque factum vt Christum semper præsentem haberet, illiusque sanctitas eximijs miraculis illustris fieret.

Zenobius Episcopus Florentinus, quò diutiùs ac quietiùs contemplationi vacaret, vrbem deserebat, & ad ædiculam ab vrbe sequestratam se conferebat, & aliquot hic diebus vitam agebat eremiticam. Atque huc se aliquoties sanctus Ambrosius Mediolano ad ipsum conferebat.

Ioan. Arelius, Surius in Maio.

S. Bernardus etsi varijs tum officij sui, tum vniuersalis Ecclesiæ, & aliorum singillatim, qui ad ipsum auxilij gratia confluebant, occupationibus detineretur; saltus tamen ac deserta adibat, quo liberius quietiusq; contemplationi vacaret, atq; hinc se maiorem, quàm è continuo studio, sacrarum Scripturarum intelligen-

VVilbel in eius vita lib. 1. c. 4.

ligentiam & quam habebat scientiam, haurire fatebatur.

S. Franciscus (etsi tam numeroso ordini Præpositus varias ac plurimas occupationes haberet) tempora tamen captabat quibus, ab omni se cura liberando, montes ac loca solitaria adibat, quo meliùs se orationi daret, quod inuidus Satanas varijs horrendisque tentationibus impedire studium cotendebat. *Vitæ eius lib. 1. c. 62.*

S. Dominicus, quamquam varijs premeretur negotijs, tempus, ac sæpenumerò integras noctes ad contemplandum diuina seligebat. Taceo hic S. Ludouici Regis Galliæ, B. Elzearij Comitis Ariani, aliorumque Principum sæcularium, Reginæ item Radegundis (Lotharij Regis Galliæ vxoris & Hedvvigis Ducissæ Poloniæ) aliorũq; similiũ, exempla, qui quãuis status haberẽt impeditissimos, tẽpora tamen & loca seligebant, in quibus & diutiùs & liberiùs sanctũ orationis mentalis & cõtemplationis exercitium peragebant; atque hinc copiosissima à Deo gratia *Theodoricus in vita eius lib. 4. c. 9.*

tia

tia tum ad perfectè muneris sui partes implendas, tum ad vitam admirabili cum pace & solatio, medios inter labores ac negotia, transfigendam; tum etiam ad claram & beatam Dei, quem adeò dilexere, & in terra agentes, toties contemplati sunt, visionem in cœlo obtinendam donati sunt. Quare si bonorum quæ sancti hi à Deo gratis in terra accepere, & gloriæ, cuius in cœlo consortes facti, participare velimus; illorum quantũ possumus, studium quod sancto huic exercitio impenderunt, imitari conemur, nullum diem elabi sinentes, quin aliquam saltem horam, aut tempus eidem impendamus. Interdum etiam à negotijs totos nos expediamus, quò anima penitus mysteriorum fidei & vitæ Redemptoris, cuius hic potissimum bonitas & sapientia elucet, meditationi vacet: vt hic gustare, & mundâ conscientiâ, quod in cœlo clarè videre & perpetuò frui aliquando speramus, videre incipiamus.

CA-

Cap. VIII.

De exteriori reuerentia in oratione mentali necessaria.

Licet ea quæ de loco ac tempore diximus, magis sint orationem mentalem, quam vocalem agere volentibus necessaria; quo ad exteriorem tamen reuerentiam parum inter se ambę differunt. nam in vtraque anima se Deo sistit, cum eoque conuersatur ac loquitur; præterquam quòd in mentali, eò quòd diuturnior est, forsan æquius, videatur aliquid de corporali labore & contentione remittere: æquissimum nihilominus & rationi consentaneum videtur, vt homo tempore & loco ad orandum & meditandum se disponens exterius, prout potest reuerentiam, infinitæ Dei cum quo agit maiestati, debitã seruet. Ergo interim dum orat, si possit, apertum habere caput studeat: ita namque id reuerentia & humilitas Christo Domino, qui cum loquitur, & cui se sistit orando, vt suadet D. Bona-

In specul. discipl. c. 15. Bonauentura, debita exigit. Caput porrò apertum subiectionem & obedientiam, quæ Christo capiti debetur denotat. Nec verò mirum cuiquam videatur, ad hoc nos præceptum aliaque minuta singulatim descendere, cùm Apostolus Paulus ipsum velat serium quid & ad cultum Dei & Ecclesiæ ædificationem imprimis necessarium, Corinthios tradat, dicens, *Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum* spirituale quod est Christus. *& non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est.* cuius rationem rei reddens glossa ait:

1 Cor. 11.

Gloss. ibid. Quòd alio tempore vir caput operiens inter orandum aperiat, ratio est, quòd inter orandum se iudici sistens cum ipso loquatur, atque ita orando conditionem suam, quòd scilicet ad imaginem Dei conditus in omnibus illi subditus esse debeat, profiteatur oportet. Tametsi autem de illis loquatur Apostolus qui in templo publicè orant, eadem tamen est, de eo qui orat priuatim, ratio, cui

nulla

nulla sit quæ excuset causa. Cùm enim huius causa sit ipsa reuerentia, quæ Deo debetur, quòd inter orandum is compelletur, & videntium ædificatio atque exemplum etiam Deo priuatim orando eadem reuerentia debetur, & non minus hic ædificandi sunt videntes, licet, quando priuatim oratur iustiores subesse causæ queant, cur nulla sit irreuerentia aut fraudalizatio proximi, operto orare capite. at vbi huiusmodi causæ non subsunt, consentaneum videtur, vt hac etiam cum reuerentia oratio priuata fiat.

Quantum autem ad corporis situ spectat, qui ratione ætatis aut præ debilitate corporis in oratione perseuerare nequeunt, neu quietè eandem peragere, nisi sedeant, iustam sedendi rationem habent. at videāt, vt ea sit sedis humilitas ac demissio, vt ea ipsa voluntatem reuerenter se gerendi, ac non quiescendi, sed meliùs orandi gratia se sedere testetur. Qui verò ætatē & vires habēt, & firmo sūt corpore, dent operā, vt genu

flectunt, aut in pedes consistunt, qu
duo situs reuerentiam insignem te
stantur, & in Ecclesia sunt vsitat
Dionysius Carthusianus in hac ma
teria multum versatus, situm ad
randum aut meditandum aptiss
mum esse vult stationem. Diuus Bo
nauentura autem ad orationem, qu
per affectum amoris ad Deum an
ma ascendere vult, eique se vnire, a
esse necessarium aut stare, aut geni
flectere, & omnium conuenientiss
mum iudicat, rectum consistere, v
corporis situs animæ intentioni co
operetur. Vocat autem id ipse
necessarium, quod permagni refert
& cõsentaneum est. At quando ora
tio futura est diuturnior, illos qui
genu flectunt, aut erecti consistunt
(vt diximus,) par etiam est, cubitu
aut pectore rei alicui firmæ niti, v
ita quieti orationem peragere que
ant. Nam quamuis oratio cum reue
rentia decurrenda sit, ita tamen fiat
oportet, vt anima quieta & ijs quæ
meditatur attenta sit. Si verò quis
flectendo standoque notabilem mo
lestiam

De contempl. lib. 1. art. 24.

In mysti Theol. c. 3. par. 3.

lestiam aut laborem sentiret, in causa esset, cur ipsa inquieta foret aut turbaretur, atque ita benè meditari non posset. Proinde medium accipiendum est, vt scilicet flectens aut stans innitatur alicubi, aut solo se affigat prostratus, aut alium humilitatis indicem situm induat, vt debita cum reuerentia coram Domino agens, cum quiete & serenitate mentis orare & diuina mysteria meditari queat.

Dicet forsan non nemo, parum exteriorem corporis reuerentiam referre. Sed errat; nam quamuis precipua reuerentia & religio in anima consistat, & si homo plura præstare nequeat, hæc sufficiat; tamen etiam necessaria magniq́ue momenti & vtilitatis est ipsa corporis reuerentia si & illā habere quis possit. Primum quidem, quod, teste Chrysostomo, anima plurimum per habitum & positionem exteriorem corporis moueatur & plerumque à corpore bona & mala ipsi animæ dispositio accedat; vt alibi virtutem humilita-

Metaphra, in cum vita.

In libello de imitat. B. Virg c. 6.

tis exterioribus actibus & exercitijs humilibus corporis parari diximus; ita reuerentia exterior corporis ad interiorem animæ reuerentiã multum adiuuat. Adhæc, cùm corpus humilitatem & reuerentiam oratione præfert, indicat, & animam humilem ac reuerentem esse; vna namque dependet ab altera. Et propterea exterior in orando reuerentia, ad proximi, qui sola exteriora intuetur, ædificationem mirificè conducit, qui si nullã in orante humilitatem aut reuerentiam exteriorem videat, nihil omnino videt, quod ædificet; quin imò parum deuotionis & reuerentiæ subesse in animo qui non videtur credit, quando in exteriori quod videtur, ea deest. Adhæc, quoniam corpus hominis non minus Dei creatura est, quã anima, & in exterioribus istis motibus libero arbitrio obnoxium est, & libertatis particeps; hinc Deo tam hunc quam illum cultum, & tam corporis quam animæ debemus reuerentiam. Quapropter maximè con-

cõsentaneum est, vt anima illum interim dum oramus venerantes, veneremur & corpore, cum & hanc Deus exigat reuerentiam, eaq; mirificè oblectetur, ac multum apud eius maiestatem promereamur, quando cum veræ mentis pietate corpus etiam coram ipso prosternimus & humiliamus.

Considerandum adhæc, sicut vera animæ deuotio, & præcipuus quẽ oratione speramus fructus, speciale Dei donum est, ac donum quidem maximum, & dignissimum, quodq; omnes hominis vires naturales excedit: quando hominem inter orandum conari ipse videt, quod naturalibus eius viribus conformius est, quodq; facilius exequi potest, qualia sunt exterior corporis reuerentia & humilitas, aliæq; loci & temporis circumstantiæ; tunc ipsius bonitatem & misericordiam, ad principale ac primarium, quodque à naturalibus hominis viribus non dependet, qualia sunt deuotionis gratia, lux, & diuini amoris suauitas,

quæ ſupernaturalia & diuina dor
ſunt, quę dat ijs, qui illius gratiâ m
gis ſe diſponunt, concedendum m
ueri. Atque hoc eſt, quod in Euang
Matth. 25. lio Dominus ait. *Omni enim habe
dabitur, & abundabit*: id eſt, qui
quæ habet rectè vtitur, & q pot
iuxta vires ſuas agit, & diuino coo
peratur auxilio, gratias ei Deus
dona augebit: qui verò in ijs quæ
teſt, negligens fuerit, etiam ipſu
quod habet, illi auferetur. Cõſiliu
hoc de exteriori in oratione adhi
benda reuerentia, & diuina miſeri
cordia, quæ hoc modo acquiritur
benè ſigillatimque expoſuit *Cæſa*
rius Arelatenſis Epiſcopus his ver
Hom 30. in bibliot. Sacra. bis. Qui orat, niſi corporali infirmi
tate impediatur, videat, ne negli
gentia & inertia ſe humiliare obli
uiſcatur, genu flectendo, & in terr
ſe proſternendo: qui autem præ in
ualetudine flectere non potuerit,
caput inclinet, & cogitet, hac pub
licanum, qui oculos in cœlum ſu
ſtollere nõ audebat, ſed à longe ſtãs
caput deijciebat & pectus feriebat,

humi-

humilitate misericordiam à Deo impetrasse. Et profectò, is suorũ peccatorum grauitatem prout oportet non sentit, qui cùm potest, se non prosternit nec inclinat in terram, quo eorum veniam consequatur. Hæc quidem Cæsarius. Atque hic omnium Sanctorum, vti mox videbimus, spiritus fuit.

Cap. IX.

Sacræ scripturæ auctoritatibus & Sanctorum exemplis, quanti reuerentia hæc exterior referat, confirmatur.

Etsi fideles omnes norint & fateantur, bonum esse, orationem, tum vocalem, tum mentalem exteriori hac reuerentia exornare; tamẽ, quòd particulare Dei donum sit, quod sanctis suis ille cõmunicare solet, nosse quanti hoc ad ritè orandum & ingentes à Deo gratias & misericordias obtinendas, referat & conducat, consentaneum visum est hanc veritatem illorum exemplo confirmare, quos vt tales

sacra describit scriptura, & Re
Exod. 17. colit Ecclesia. Moses Deum in mo
& 34. te Sinai oraturus, ocyus se in terra
pronus prosternebat. Is ipse adue
sus Amalecitas orās, rectus, sublat
brachijs, donec defatigaretur stet
2. Reg. 12. Dauid rex orationem peracturus, a
ij s fec. ssit, & in terra prouolut
est. Salomon etiam genibus in te
ram positis orasse legitur; Dauid
3 Reg 8. quoque non aliter nisi flexo popli
D. n. 9. orationem feciſſe scribitur. Minu
tim hoc sacra Scriptura, velut qui
ad reuerentiam & cultum diuinum
spectans, ac velut circumstantiam
ad rite orandum maximè necessariã
notat. Quibus autem verbis digne
reuerentiæ illius exterioris exem
plum, quod Christus Dominus no
ster orando præbuit, exponemus.
Matt. 26. Cum in horto, in genua dicitur
Marc. 14. prouolutus, soloque prostratus, &
Luc. 22. vultu in terrã verso Patrem rogasse.
Illius aũt in horto orationẽ referẽ
tes Euangelistæ, docere volunt, idi
psum & aliàs, cùm ad montes orati
onis ergo cõcederet, facere, quando

locus

loc⁹ ac tēp⁹ sinebāt, solitū: nā semper eandē quā in horto oltēdit, erga Patrē cęlestē reuerentiā obseruauit.

Domini exemplo eandem reuerentiam inter orandum adhibere soliti sunt Apostoli. Petrus Tabitam resuscitaturus, mansit solus, & genu flexo se ad orandum composuit; Paulus quoque Ephesо discedens, cum senioribus omnibus genua in terra flexit, itaque Deum deprecatus est. Stephanus, interim dum lapidibus obruebatur, orabat pro lapidantibus flexo in terrā poplite. Apostolum Iacobū Minorem, Ierosolymæ Episcopū tam sæpe orare flexo genu solitum refert Hieronymus, vt callū pellis contraxerit camelina durior.

Act. 9.
Act. 20.
Act. 7.
Lib. de viris illustr.

Hocce secuti sunt & reliqui sancti exemplum. D. Antonium tradit Athanasius, integras noctes flexo genu in terra orare cōsueuisse. Magnū Polychronium scribit Theodoretus, etiam decrepitum, integris noctibus erectum orare solitum, & suis apud Deum precibus obtinuisse; vt duo viri magni, Deique serui,

In hist. relig. c. 24.

qui ad ipsum venerant, cùm ini
illius exemplo integra nocte ere
stanteſque orare non poſſent, ill
in contubernio hærentes, tande
moti, diuina ſuccurrente gratia, i
Lib. 4. vi- præſtiterint. Beatus Dominicus
tæ cap 9. orandum contemplandumque, g
nua flectebat, ſoloque ſe proſterne
bat, & reuerentia exteriori anim
Vitæ c. 10. pietatem excitabat. Tradit S. Bon
uentura, Minorum Patrem Franci
cum, vt oraret & horas Canonica
recitaret, reuerentiam exterioren
corporis cum interiori animæ iun
gere ſolitum; & ipſum licet ægrum,
horas non ſedentem, ſed ſtantem, re
ctum, apertoque capite, nullam in
partem inclinando recitaſſe. Si quā
do iter ageret, & hora recitādi offi
cij aduenisſet, ad ipſum cum animi
ſe tum corporis quiete paraſſe;
& licet tempore pluuio peregrina
retur, & feſtinato opus eſſet, non ta
men propterea incedendo iterque
eadem opera perficiendo officium
recitare voluiſſe, at iter, donec ho
ras decurriſſet, interrumpere ſolitũ,

ſuum-

suumque factum hac probasse similitudine: Stamus, inquit, & quiescimus, quò maiori commoditate cibum corruptibilem, & in vermes & putredinem, vti corpus ipsum, cõuertendum sumamus; an non ergo consentaneum, vt, quò & anima refectione quæ vitam afferat, pascatur, quiescamus.

S. Vincentius Ferrerius, etsi diurnis concionum laboribus defatigatus, noctu tamen dum se orationi dabat, & horas Canonicas, sæpe etiam integrum Psalterium legeret, genu flectebat, & exteriori hac reuerentia orationis tempus transigebat. S. Edmondus Archiepiscopus Cantuariensis, mysteria vitæ Christi meditaturus, & horas Canonicas recitaturus, nudo flectebat genu, donec durissimo callo disrupta pelle sanguis prorumperet. Beatus Laurentius Iustinianus, Patriarcha Venetus, magna reuerentia stans, nullamque in partem inclinans orabat & horas legebat. Beatus item D. N. Ignatius septem continuò horas

Vincent. Iustinian. in vita.

Surius Nouemb.

Bernard. Iustin. in eius vita.

diuina mysteria contemplans
ctebat, etsi iam senior, & vitæ su
rioris laboribus fractus, interdu
quò Dei pulchritudinem, cœl
stellis depictum intuens conte
plaretur, humili in sede se collo
ret Sanctus Ferdinandus de Tala
ra Archiepiscopus Granatensis (re
ferente Petro de Vega Gener
Hieronymianorũ) non modò hora
Canonicas magna reuerentia rec
tabat, vt qui cum Deo loqueretur
sed etiam Clericos admonebat, ne
quando priuatim horas Canonicas
recitarent, sedendo eas, sed erecti &
stantes, ob reuerentiam quæ Deo
debetur, decurrerent. Quam ijs re-
gulam non præscripsit dum in cho-
ro simul horas recitant; nam ibi v-
mus alteri se conformare debet, & a-
lia à stantibus, alia à sedẽtibus reci-
tanda sunt, vti mos obtinet. nam nec
oẽs erectos & semper aperto capi-
te, stare ipsa temporis finit prolixi-
tas, nec multorum imbecillitas. Ac
proinde ibi satisfacient, si quantam
possunt, alias reuerentiam seruẽt, &
ea cum

Ribadeneira in vita Lat lib 1. c 2. lib. 5. c. 1. in prima edit.

ea cum attentione, & silentio ibi versentur, quale tam sublime requirit mysterium quòd scilicet ibi, totius Ecclesiæ nomine, & velut legati & ministri eius, cum Deo, de mundi redemptione agant ac loquantur.

Omnia hæc præclarè tangit Concilium Treuirense, quod ad orantes & horas in choro recitantes sermonem dirigens ita loquitur, Decernimus, vt laudes diuinæ suis horis non festinanter, non præcipitanter, sed tractim, animoque, quã fieri potest attentissimo, & reuerentia & gaudio spiritus decantentur. nam voce in Ecclesia cantare, & corde per plateas locaque publica vagari, quid est aliud quam hominibus imponere, ridere Deum? Interim verò dum publicè in choro horæ dicuntur, nemo assistentium alijs occupetur rebus, velut in libro priuatim legendo, aut horas priuatim recitando, sed cum ceteris cantet, Deumq; laudet. Qui verò secus egerit, velut absens habebitur; id est, quemadmodum sancti huius operis fructum

Concil. Treu. c. de hor. Cano. in tom. 4. Concil.

qui à deuotè ſcilicet in choro ca
tando recipitur, perdit, ita perd
& diſtributiones, ſicut eis care
abſentes. Dein ad reliquos Eccle
miniſtros, qui orant, & horas in pa
ticulari legunt, ſermonem conue
tens ait. Qui extra chorũ horas rec
tãt, caueant ne eaſdem negligent
decurrant, aliquot verba abſume
do, ſed eaſdem diſtinctè, perfect
ſingulaque attentè pronuntiantes
dicant. Ne verò in debita attentio
ne & reuerentia peccent, ſtrictiſſi
mè inhibemus, ne ambulantes ea
dem euoluant, ſed in loco aliquo
idoneo aptoque ad orandum ſecol
ligant ſuademus; ne diſtractio & e
uagatio, quæ ex deambulatoria hac
recitatione ſequi ſolet, orationis
eos fructu priuet. Hactenus concilij
verba. Hæc autem aliaque innumera
teſtimonia & exempla Sanctorum
(nam omnes in hoc, ſicut & in reli
quis ab eodem Spiritu cœleſti dire
cti ſunt) docent, quanti exterior in
oratione tum vocali, tum mentali
reuerentia, velut quid ſingulariter
pie-

pietatem internã promouens, Deum mirificè glorificans, & proximum ædificans facienda sit, suadentque, vt iuxta corporis dispositionem, sanitatem ac vires simili quisque cum reuerentia sacra hæc Domini nostri Iesu Christi mysteria recitare & meditari conetur.

PARS

PARS SECVNDA.

IN QVA, QV
MYSTERIA IESV CHR
STI, ET EORVM CI
cumstantiæ meditandæ sint m
do, & quales ex horum me
ditatione eliciendi
effectus, tradi-
tur.

CAPVT I.

Quomodo oratio auspicanda sit, ses coram Deo humiliando.

EXPOSVIMVS iam antè, quibus ad orationem diuinorum q; mysteriorum meditationem parare se debeat modis homo, & eum iam in locum, in quo cum reuerentia meditationẽ instituturus sit, deduximus. Hic ergò positus, ante omnia, postquam se sanctissimæ crucis

signo

signo armarit, animæ oculis Deum velut præsentem intuitus, se coram illo humiliet gratiam ad benè ritéque orandum & meditandum, fructumq; optatum inde eliciendum, postulans. Intueatur inquam Dei quem præsentem habet magnitudinem, & dominum illum, quē intuetur, bonum omne quod habet, à seipso habere, & infinitum à quo omne bonum promanat fontem esse cogitet: & ad seipsum ingrediens, à se nihil omninò, neu quid quod esse aut valoré habeat, verum innumera quæ perpetrauit peccata, habere se consideret. Videat quoque, num iam aliqua inpræsentiarum in anima sit culpa, & inordinatus erga creaturas affectus, qui diuinæ maiestatis oculis displiceat: atque hac agnitione concepta se inclinet, & coram Domino ante quem versatur se humiliet, seque ex corde vilissimam quandam creaturam, omni bono indignam, quin potius omni ob peccata cruciatu & tormento dignissimam agnoscat. Si quid verò in se

in se tunc, quod oculos Dom
præsentis offendat, reperiat, e
dem pœnitens erubescat, & ex t
corde emendationem in poste
spondeat, Dominoque supplicet
misericordia, & sacratissimæ p
fionis meritis benignus ignoscat,
quidquid arctam cum ipso comm
nicationem impedire queat, aufe
re dignetur. Ex animo quoque à
mino præsente petat, vt infinitâ
sericordiâ, & per sacratissima pa
onis merita dona communicet: V
toto hoc die omnes suas cogitatio
nes, verba, operaque dirigat, q
purè in omnibus eius gloriam qua
rat; hac autem orationis horà gra
tiam, ad ingẽtem inde fructum col
ligendũ, ac particulariter pro mate
ria quã meditaturus est cõcedat, o
retq; vt fructũ inde colligendũ do
net. Si de peccatis meditari volue
gratiã elargiatur, qua de ijsdẽ ex an
mo doleat. Si de morte & iudicio v
huius mundi res cõtemnere & diui
na iudicia metuere discat. Si de sa
cratissimis vitæ ac passionis Christi

myste-

mysterijs, gratiã, ad eadẽ magni faciẽda, gratias hoc nomine agendas, illius pœnis condolendum, virtutes imitandas, & reliquos pios affectus, quos iam singillatim prosequemur, qui sunt fructus è sãcta hac meditatione colligendi eliciẽdos postulet. Postquã aũt hæc per vitæ ac passionis eiusdẽ Domini merita petierit, sacratissimæ Virg. Deiparæ auxiliũ imploret, eamq; vt patronã ac mediatricẽ, ad impetrandum quidquid desiderat, hunc in finem angelicam salutationem aut etiam orationẽ interiorem recitãdo, adhibeat. Eandẽ ob causam & angelicustodis, & aliorum Sanctorum Patronorũ suorum, erga quos particulari deuotione fertur, opem imploret. Et omnia hæc, quæ immediata sũt ad paratum mysterium meditandum dispositio, quàm breuissimè faciẽda sunt; tametsi, si particularem aliquem hic motum sentiret, non incongruum foret, tamdiu eundem prosequi, quamdiu is durat.

Hæc autem per humilitatem & con-

confusionem sui, meditationis
cipiendæ, ad orationem ritè pe
gendam, & per dona cœlestia v
tationem diuinam accipiendam
ficacissima est ratio. Vidua illa pa
4. Reg. 4. percula & debitis onerata, quæ,
refert Scriptura, nihil domi præt
quam pauxillum olei in lecyt
habebat, in præsentissimo per
versabatur, ne filij à creditoribus
seruitutẽ in debitorum solutione
abriperentur, Prophetæ Elizæi co
silium secuta, vasa vacua à vicin
mutuata domi se abdidit. Mox erg
modicum illud olei reliquum, fon
tis instar promanare cœpit, donec
vasa omnia replerentur: adeò vt a
omne alienum dissoluerit, & hone
stè se suamque familiam sustentar
potuerit. Idem & in anima virtutu
indiga, ac peccatorum debitis pre
sa; sed cui modicum boni desiderij
& Deo seruiendi proposiți oleum
supereſt, contingit. Vacua quæri
vascula, seseque humiliat, omnes a
dis angulos à præsumptione, per
sui ipsius cognitionem, peccatorum

memo-

memoriam, suiq́ue contemptum & cõfusionem euacuando. Hæc autem vasa mutuò petit, nam hæc humilitas gratuitũ & liberale Dei donum est. Per hanc humilem autem præparationẽ, in se ipsam ingreditur, in oratione se colligit, itaq́ue parua hæc bonorum desideriorum principia paulatim crescũt, Deo deuotionis, amoris, aliorumq́; donorũ cęlestiũ oleũ in animã effundẽdo, ꝑ quæ virtutibus bonisq́; operibus ditatur, vt his & Deo ipse pro peccatorũ debitis satisfaciat, ac vitã æternã tum sibi, tũ omnib⁹ corporis potẽtijs, ac sensibus obtineat. Quã præclara aũt dispositio, à humiliatione sui & cõfusione orationem auspicari? Quam cœleste hoc artificium, à Deo traditum, & à sanctis vsurpatum! hoc iusti iustificantur magis, & sancti magis sanctificantur. Testãtur id Abraham, Tobias, Daniel, & alij sancti, qui hoc exordium suis orationibus dedere, humiliando se scilicet & coram Deo confundendo, hinc mirabiliter in ijsdem à Deo visitati & illustra-

Gen 18. *Tob*. 3. *Dan*. 3 & 9.

illustrati fuere. Hac etiam ratio peccatores misericordiam con quuntur, iustitiamq; impetrant Manasses Rex Israel peccatis in mis testatur: hic namque cum in ratione Dei magnitudinem misericordiamque proposuisset, mox dimisit, & ad abyssum vsque, peccatorum memoriâ & dolore secum fundens misericordiam obtinuit Publicanus ille Euangelicus, oratonem ab hac confusione sui auspicatus, vt templum ingressus, altare accederę, & oculos in cęlum sustollere non sit ausus, iustificatus inde abcessit. Hæc deniq; iusti consuetudo est, qui initio sermonis, qualis est oratio, in qua cum Deo colloquitur, non exspectans donec ab alio accusetur & confundatur, seipsum primus accusat, & delictorum in memoriam reuocatione confundit. Et sicut è spinis & vepribus agro euulsis vallum & sepes construitur qua bonum semen agro commissum ab animalium incursione communitur; ita è peccatis, quæ per pœnitentiam

2 Para. 36

Luc. 18.

tentiam animâ homo erudicat, quò se coram Deo humiliet & confundat, eorum recordando, validam quodammodo sepem & vallum cõstruit, quo virtutum fructum conséruet, ac tutò excrescere faciat, seque ipsum à diabolis ne in animam per superbiæ ianuam denuo ingrediantur communit. Consulit hęc S. Basili⁹ hisce verbis. Ne sis iniquus tui ipsius iudex, quod operatus es bonum solum considerando, & vetera præteritaque peccata obliuiscendo. Verùm quando virtutes & bona quæ modo exerces opera præsumptionis tibi periculum arcessunt, peccata præterita in memoriã reuoca, illorũ te memoria humilia & confunde, itaque te à subdola superbia tuebe-
ris.

Orat. 17. de Humi.

CAPVT II.

Summatim refertur quid in singu hisce mysterijs meditandum sit, quis fructus & affectus ex oratio sit colligendus.

VBI se anima eo quo dic mus modo, in principio ora tionis humiliatione sui, petitione gratiæ præpararit, nar historiã & mysterij meditandi te riã ruminet, locumq; in quo hoc ce mysteriũ factum sit imaginetur Verbi causa, in natiuitatis Domini cæ mysterio, consideret, quomodo Deipara cum Ioseph è Nazareth Bethleẽ petant, diuersoriũ quærant, nec inueniãt, foras cõcedant, in sta bulũ ruinosum se cõferã-, Virgo ad orandum se componat, & nocte in tempesta dulcissimum illum natum sacratissimo vtero effundat, in præ sepio reclinet, & adoret. Si flagella tionis Dominicę decurrendum my sterium, consideret, quomodo Re demptorem vestibus milites spolient, ligent, flagellis conscindant,

san-

sanguinemque vndiquaque eliciat. Hęc quidem quantum ad historiam, id est, id quod vnumquodque vitæ Saluatoris mysterium summatim semper continet.

Historia breuiter excussa mox ipsas mysterij circumstantias animarum inet, quales sunt. Quis sit Dominus ille, qui hoc operetur opus, aut cruciatum illum ferat: scilicet Deus simul & homo. Cùm enim Deus esset ab æterno, cum iam veniisset plenitudo temporis, quam diuina sapientia decreuerat, in sacratissimo Virginis purissimæ vtero, admirabilem illam naturæ humanæ cum diuina sua persona vnionem fecit: atque ita Dei filius, secunda sanctissimæ Trinitatis persona, idem cum Patre, & Spiritu sancto Deus, verus homo factus est. Perpendat autem maturè, quis sit, in quantum est Deus, scilicet potestate, bonitate, sapientia, pulchritudine, beatitate, omni denique perfectione infinitus & æternus: Principium, Creator, Conseruator, & omnium rerum

finis. omnia namque solo nutu nihilo fecit & creauit, & omni conseruat idem semper illis dans se, quod dedit dum crearet. Cogita ad hæc ita omnia ab ipso dependere, vt si vel vno ipsa momento conseruare desineret, omnia in ipsum vnde facta sunt nihil recidirent; eadem facilitate, qua mundum hunc fecit, alios infinitos, adeò atque ipse, perfectos creare posse: tantam item eius esse maiestatem & magnitudinem, vt tam mundus hic vniuersus, quam ij ipsi quos creare potest, coram ipso sint quasi esse non haberent. Cùm igitur tam immensus in se sit & perfectione infinitus, omniumque rerum auctor & cõseruator, infinitè dignus est, omnes vt eum creaturæ, ac præsertim angeli & homines, ipsum omnibus viribus laudent & glorificent, & si fieri posset, infinita illum gloria afficiant. Cogitet autem ipsum, in quantum homo, esse vniuersalem omnium conditorũ Regem, ac Dominum: Pater namque æternus omnia illi in manus

manus tradidit, omnemque ei tum in cęlo, tum in terra potestatem dedit: Saluatorem adhæc esse hominum, & infiniti meriti: animā quoque gratia, pulchritudine, gloriaque quodammodo infinita plenā habere: vita esse innocentissima, imò sanctitatem ac puritatem ipsam, corpore autem delicatissimo.

Consideret adhæc, quid ipsum à parte sua ad hoc mysterium patrandum, aut hoc tormentum subeundū mouerit, sola, inquam, erga hominē caritas & amor: item quām immensus is amor fuerit oportet, qui talem maiestatem ad hæc extrema compulerit, & tantos cruciatus ac contemptus pro hominibus miserrimis, vilibus, è terræ limo formatis, quique se peccato contemptissimos, & huic ipsi Domino ingratissimos, imo & inimicos, constituerant, pati coegerit.

Perpendat insuper quid illum à parte hominis huc impulerit, curve hoc mysterium operari, & hosce subire dolores & opprobria voluerit;

rit; ipsa scilicet delicta, quo proijs dem satisfaceret & lueret.

Considerandа adhæc supplicio- rum, ludibriorum, dolorumque in- ternorum & externorum grauitas, quos hoc in mysterio Dominus per- tulit. Item fructus pretiosissimi & bona cœlestia, quæ mysterij huius adminiculo accepimus. Sic namque à peccatis liberati, & illorum venia sumus consecuti, Satanæ captiuitate erepti, à morte & æterna damnatio- ne vindicati; è contra verò, Dei & amici & filij, & fratres constituti, diuinitatisque eiusdem participes & gloriæ æternæ hæredes facti.

Voluat item virtutes Christi, quas in hoc vitæ & passionis, quod medi- taturus est mysterio, deliteſcant, quales sunt humilitas, qua, cum in- finita esset maiestas, sponte se tantis opprobrijs & cõtumelijs hominum expositit. Patientia, qua tanta sere- nitate & mentis æquitate tam into- lerabilibus se cruciatibus obtulit, quos libenti est animo amplexus. Mansuetudo, qua tam libenter &

æqua-

æquanimiter tot persecutiones, tam atroces iniurias hominum sine vlla indignatione, querela, imò & persecutoribus suis benefaciendo, & amando, pertulit. Paupertas voluntaria, qua bonis commodisque temporalibus carere, & magnam rerum necessariarum, in habitatione, cibo, veste, hominum obsequio, inopiam pati voluit, viuens & moriens omni hominum solatio, & delitijs temporalibus destitutus. Misericordia & pietas, qua generi humano condolens, omnes in se miserias & pœnas, quibus obnoxij erant homines gratanter suscepit, quò ipsos ab ijsdem vindicaret; quaque, cum peccati minimè capax esset, & omne quã maximè peccatum detestaretur, similitudinem peccatoris assumere voluit, quo à miseriarum miserrima, scilicet peccato ipsum liberaret. Denique obedientia, qua propria voluntate liberoque arbitrio, & quam libentissimè in omnibus se æterni Patris voluntati & beneplacito, à primo conceptionis momen-

to, donec in cruce exspiraret, subie
cit.

Notandum autē, nos, à virtutum & perfectionum Christi in quanti homo, id est, sacratissimæ illius hu manitatis consideratione, etiam a eas eiusdem in quantum Deus, id est incomprehensibilis diuinitatis, cō siderandas ascendere debere. Nam humanitas, quæ in omnibus à diui nitate gubernabatur, huius quoq; virtutes & perfectiones, quæ diui nitati propriæ sunt, quales sunt ca ritas, misericordia, pietas, beni gnitas, longanimitas, & patientiæ imago est. Magna ergo cum admira tione ponderemus, si ita nos amauit in quantum homo, si tantam pieta tem, misericordiam & suauitatē no bis in sacratissima hac humanitate exhibuit, quam immēso nos amore prosequatur, quāta etiā pietate, mi sericordia, & curà erga nos afficia tur in quantum Deus, cum diuinita tis perfectiones, ac virtutes infinito sacratissimæ humanitatis virtutes interuallo excedant.

Hæ sunt

Hæ sunt circumstantiæ in singulis hisce mysterijs Christiano cogitãdę; ac põderãdæ fructus aũt ex hac cõsideratione eliciẽdus, sunt sancti affectus, & opera virtutis, quę introrsũ in mente efformantur, vt deinceps suo tempore in opus foras prodeãt, scilicet primo interior affectus & operatio amoris erga Deum. Anima siquidem bonitatis diuinę & caritatis, quæ in hoc mysterio apparet, mota consideratione, ad actualiter Deum amandum sese excitat. Affectus etiam spei. anima namque vbi perpendit, quantum pro ipsa Deus, idque nullo suo merito, imò ne voto quidem præstiterit, simul & voluntatem eius & ineffabile salutis suæ desiderium, quod in hoc mysterio ostendit, spem firmam reipsa à bonitate & misericordia diuina quodcumque ad salutẽ necessarium & conueniens est, impetrandi, concipit. Affectus etiam contritionis. nam Christum ad peccata tollenda hæc mysteria operatum, eaque ita detestatum esse, vt, quò eadem ab a-

nimabus eliminaret, vitam amise
rit: & tandem illa fuisse quæ ipsum
crucifixere, vitaque priuarunt, pe
pendes homo, ad peccata paulatim
fugienda, dolendum de commissis
& timendum de committendis, &
eorum fugam concipiendam exc
tatur. Elicit adhęc affectum adm
rationis; nam in hisce mysterijs hic
Dei maiestatem adeò humiliatam
cernens, illam magnitudinem &
pulchritudinem infinitam adeò de
iectam & deturpatam; lucem illam
& gloriam inaccessibilem adeò te
ctam, totque pœnis & cruciatibus
subditam; & omnia hæc pro homi-
ne, creatura adeò exigua & ingrata
actu Dei bonitatem, qui hæc pati &
facere voluerit, item sapientiam,
quæ talem ad saluandum hominem
rationem excogitauit; humilitatem
quoque, quæ tam profundè eum
coegit descendere; caritatem denique, quæ eum compulit, vt totaliter
& penitus se communicaret admiratur & obstupescit. Elicit etiam affectum compassionis. nam consideran-

rans

rans grauissimos cruciatus, quos Christus in corpore perfert, & incomparabiles dolores, quos in anima sentit, & quod hæc sui ergo subierit; interius mollita compatitur, & eius pœnis ac doloribus condolet. Item affectum gratitudinis; nam vnumquodque mysterium ingens beneficium est, quod nostri causa ille & amoris ergo præstitit, & è quo ad hominem ingentia promanant bona. Sngulis namque mysteris peccatorum nobis veniam, animarum sanctificationem, adoptionem in filios gratiæ, & gratiam ad benè operandum & merendum, & particularia ad in vita bona crescendum, & in eadem perseuerandum auxilia promeruit. Hęc in singulis mysterijs cogitanda, & hæc aliaq; beneficia, quæ singulis mysterijs includuntur magnificiēda: hinc anima obligationē, quā ad ijs vtendū habet, confitetur, desideratq; vt omne creatum simul secū hoc nomine Dominū laudet, & pro ijsdem illi gratias agat.

Eliciat item effectum gaudij &

lætitiæ: nam considerando in
materijs, tum pœnam & dolore
quem nostri causa Saluator per
lit, æquum est nos compati, & D
minum in supplicijs comitari; tu
æternum & amorosissimum Dei
cretum, quod in hisce completu
summam item gloriam & laude
quæ inde eidem Deo in terra sim
& cœlo accessit; infinita gratia
gloriæ cœlestis bona, quæ indeg
neri humano prouenere; diuit
noui gaudij diuitias. quas per hu
omnes Angelorum chori accepe
Itaque gaudet anima, & vero men
tis iubilo exultat, cantans Deo lau
des præ lætitia gestiens. ac sic perfe
cte impletur, quod ait Apostolus,
Philip. 4. *Gaudete in Domino semper.*

Postremò ex horum mysteriorum
consideratione eliciendum, quo
modo de omnibus, quæ animam &
omnium virtutum Christi imitatio
nem concernunt, sentire debeamus,
illius inquam caritatis erga homi
nes, humilitatis, mansuetudinis, pa
tientiæ, pietatis, misericordiæ, pau

per

pertatis voluntariæ, obedientiæ, & reliquarum.

Hæ sunt circumstantiæ, quæ in vnoquoque mysterio considerandæ sunt, & qui ex horum consideratione eliciendi sunt affectus. Non autem hæc ita intelligenda sunt, quasi semper, quoties aliquod mysterium perpendemus, omnes hæ simul circumstantiæ considerandæ sint, & omnes simul affectus eliciendi, sed ita vt modò has circumstantias voluamus, & hos affectus eliciamus, modò, illas & illos : præsertim quod hoc mysterium magis hunc affectũ, quam alium moueat, & ad hunc magis excitandum materiam suggerat. Has autem circumstantias simul omnes & affectus hoc capite prosecuti sumus, nõ quod hoc sufficiat, vt ita intelligãtur & executioni mandentur, verum vt melius hoc pacto in memoria colligantur, & clarius quæ iam sigillatim de singulis affectibus & horũ mysteriorũ, ac Christi humanitatis & diuinitatis perfectione referemus, percipiantur.

CAP. III.

De sancto amoris diuini affectu, qui sit, in quo cõsistat & quid operetur.

AMOR interior duos principales habet actus circa rem amatam. Primus est complacentia rei ipsius amatæ, vt sc. eadem placeat & grata sit: vnde sequitur cõplacentia boni rei ipsius amatæ. Ita S. Thom. nõ aliud est amor quàm complacentia boni, id est, rei ipsius bonæ amatæ. Nam qui amat rem amatã quodammodo velut seipsum existimat, & velut quid ad se intimè pertinens: & erga eandem inclinatur & conformatur, velut ad quid sibi maximè proportionatum, & conuenientissimum: itaque eadem eiusdemque bonum illi placet, vt sibi is ipse & suum ipsius bonum. atque in hoc vnio affectiua amoris consistit, quod in amore primum, & maximè illi proprium est. Alius amoris actus est, bonum velle rei amatæ, esse, vitam, delectationem, & quidquid illi conuenit & decet, & hoc illi bonum eo affectu velle, quo id sibi

1.2.q.25. a.2.& q. 26.a.1.

D. Thom. 2.2.q.27. ar.2.

id sibi optaret, aut rei quam vt suam maximè habet. Nam si alicui bonũ, sine hoc affectu optet, propriè amor nõ est, sed nuda beneuolentia, vt optimè notat D. Thom. dicens: Vt bonum aliquod alicui velle, proprius amoris sit actus, ex vnione illa affectiua nascatur oportet, qua bonũ illud tali optat vt sibi, aut velut rei suæ, aut ad se pertinenti: proinde amor includit beneuolentiam, & magis hũc affectum & vnionem auget. Atque hinc nascuntur alij affectus amoris, quos tradunt Philosophi, velle scilicet quod amatus vult, eligere quod eligit, illius bono gaudere, malo vicissim dolere, eiusque commercio delectari. Quę vbi hocce affectu vnionis fiunt, ad amorem referuntur. Et quoniam ex omnibus illis actibus, vnitiuum hũc affectum amoris magis exprimit is, qui rei amatæ bonum quærit; hinc amorem definientes Philosophi dicunt, Amor est alicui benè velle, cum amori nihil essentialius & proprium magis sit, quam affectus hic vnitiuus,

Aristotel. lib. 9. Ethic. c. 4.

Arist. lib. 2. Rhetor. c 4.

quem diximus. E quo & reliqui actus & opera nascuntur.

D. Thom. 1.2. q. 26. a. 1. & 2. Quemadmodum in corporibus grauibus, grauitas illa qua in locum conuenientem vergunt, est velut amor quidam naturalis; è qua grauitate nascitur, quod ad locum illum cũ celeritate ferantur; in eoq; quiescant: ita & in appetitu sensitiuo aut intellectuali, quæ hominis voluntas est, ex cognitione & apprehensione rei alicuius bonæ, aut quæ velut bona habetur, nascitur in appetitu rei eiusdem complacentia, quæ est ipse amor. Si verò res amati homo sit, qui eam veræ amicitiæ amore amat, hac complacentiâ eandem æstimat velut seipsum. Atque hinc fit, vt ipsius bona aut mala velut propria habeat, occasione bonorum gaudeat, non secus ac proprijs, & malis doleat, velut si ipse eadem pateretur. Hinc omnia illi benè vult succedere, nulla verò malè. Atque hæc omnia amato vult, non commodi alicuius aut solatij, quod inde sequitur, intuitu, sed solo amati ipsius

ipsius respectu, quem cordi insculptum gerit. Hæc est amoris natura & conditio. magni autem refert hãc commodè intelligi, vt sciamus, quomodo sanctus hic amoris Dei affectus exercendus sit.

Cap. IV.

Quomodo hunc amoris affectum ex horum mysteriorum meditatione elicere, & exercere possimus.

Animae, quibus Deus in oratione, particulari sua visitatione, pretiosissimum & suauissimum diuini amoris affectũ infundere dignatur, quo fit vt rerum omnium obliuiscantur, & inflammentur, ac penitus amore absorbeantur; hac durante visitatione cœlesti, hoc monito opus minimè habent. At vbi hac visitatione carent, & in rem eorum, qui hanc experti non sunt, verùm ad eandem se disponere volunt, quomodo hunc amoris affectum exercere debeant, docere opus est. Anima ergo in oratione

Dion. Richel. de contempl. lib. 3 a. 16.

tione infinitum Dei esse, eius æte-
nitatem, omnipotentiam, infinitã
sapientiam, pulchritudinem,
infinitam gloriam ac beatitudine
per intellectus operationẽ volun-
te, voluntas gaudet in eo quòd ta
Deus sit, qualis est, quòd sit Deu
qui à seipso esse habeat, & infini
tum illud quod habet bonũ, quo
que nullo indigeat: quòd sit omn
potens, quòd seipsum comprehe
dat, & infinitè diligat, se ipso bea
sit, infiniti sit gaudij, & sic de reli
quis quæ in Deo sunt perfection
bus. Atque hoc est actu ipso Deum
diligere, gaudere, & delectari, quo
omne bonum infinitũ habeat quod
habet: cum, vti diximus, primus a
moris actus, rei ipsius amatæ sit cõ
placentia, id est, eadem gaudere e
iusque bono. Quando creaturam a
liquam diligimus, non modò bono
quod iam habet gaudemus, verum
etiã bonum aliquod quod nõ habet
illi optare possumus. Omnis quippe
creatura crescere potest: at Deo in
seipso nullum optare possumus bo-
num

num quod iam non habet. est enim infinitus, atque ita maiorem in se potentiam, gloriam, sapiētiam, bonitatemue maiorem, quam iam habeat, habere non potest. At quoniam exterius in creaturis crescere potest Deus, vt sc. ab ijsdem magis cognoscatur, ametur & glorificetur. hinc etiam amorē exercemus, dum Deo bonū illud exterius optamus. Proinde anima in oratione considerans quam Deus qui ametur, & à creaturis colatur, sit dignus, vult & desiderat, vt animæ omnes iam creatæ, aut deinceps creandæ ipsum cognoscāt, ament, laudent, & glorificent in rebus omnibus creatis; ac sexcentos secum ipsa cultus & obsequij modos excogitat, quos Deo creaturæ exhibere queant, eosque desiderat. Quod autem Deus, quia bonum est infinitum infinito amore dignus sit, desiderat, vt si fieri posset, omnes eum creaturæ infinito amore prosequerentur, & infinitam illi gloriam darent. Atque hoc est actualiter amare Deum.

Et

Et sicut hunc cum Deo, quantu
ad naturam diuinam, amorem exer
cemus, ita etiam is suo modo cu
sacratissima Christi Domini huma
nitate exercendus; vt scilicet cons
derando illius dignitatem & perfe
ctiones, singularem ex hisce vol
ptatem hauriamus & gaudium, la
temur quoque benedictissimã illa
Christi humanitatem adeò eleu
tam esse, cum diuina persona con
iunctam, gratia & gloria adeò ple
nam, ac conuenientissimum diui
tatis, ad res tam sublimes, quale
sunt electorum omnium sanctifica
tio & glorificatio, dona omnia &
gratię supernaturales, quæ filijs Ad
communicantur, operandas, instru
mentum. Lætari quoque debemu
de reliquis omnibus ad beatæ huius
animæ & sanctissimi Redemptori
corporis perfectionem & gloriam
spectantibus, vt magno cum pietatis
Serm. 2. de Epiph. sensu exponit D. Bernardus dicens;
fratres carissimi, diligamus Domi
num Iesum, velut verum hominem
& fratrem nostrum, & colamus
illum

illum velut Dei Filium & adoremus velut verum Deum.

Potest item anima inter orandum & meditandum sanctum hunc amorem exercere, voluntatem Dei magni faciendo & perpendendo, & perfectam eiusdem adimpletionem desiderando. Potest quis verè creaturam aliquam amore humano & naturali, non verò amore voluntatis eius, amare, scilicet eiusdem quidem conseruationē & omne verum bonum illi volendo, non tamen voluntatis eiusdem completionem desiderando vti mater, quæ filium tenerè diligit, non tamen eiusdem voluntatem fieri vult, eò quòd mala; & amicus, qui ex animo quidem amicum diligit, in multis tamen eiusdem voluntati annuere nō vult. Verum non ita cum Deo agitur: neque enim Deum amare homo quo ad naturam vero amicitiæ amore potest, (quem amorem beneuolentiæ & complacentiæ dicimus) nisi simul eiusdem voluntatem, & præcepta amet, idque amore quem obedien-

dientialem appellant. Hinc Ioan
1. Ioan. 2. in epistola ait, *Qui dicit se nosse De*
& mandata eius non custodit, menda
est. Cuius ratio est, quòd Dei volu-
tas regula & omnium voluntatu
nostrarum sit norma. Quòd aute
Deus velut supremus Dominus,
ad omnium mandatorum compl
tionem nos habeat cogendi, & no
si quod transgrediamur, illi iniu
faciamus; & si mandatum mag
momenti sit, (ex ijs scilicet qua
peccatum mortale obligant) ipsu
violantes, in caritatem peccemu
& omnem eius amorem perdamu
hinc vt ametur Deus, non suffic
hominem Dei bonis gaudere, & ve
le, vt reliquæ eum creaturæ amen
& glorificent, vti diximus; verum
etiam diuinæ voluntatis adimple
tioni totus studeat oportet. Hic e
amor, quem anima in oratione ex
ercet, dum verè & firmiter propo
nit, hoc aut illud mandatum Dei
& reliqua seruare, hoc aut illud cō
silium sequi, & in hoc aut illo, ac re
liquis eius voluntatem complere.

Atque

Atque ita vero hoc & perfecto amore complet illud quod Christus exigit, dicens, *Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.* Ioan. 14.

Hoc nimirum exercitium & affectus amoris est, qui omnes hosce actus amoris, quos diximus, complectitur: hoc ipso nihil melius, aut excellentius Deo dare possumus; & hoc obsequio nullum à nobis maius exigit Deus, nihil nos quoque maioris meriti operari possumus. Atq; hunc ex horum mysteriorum meditatione elicere affectum debemus, nam omnia hæc ex amore operatus est Deus, & primum quod ab ipso accepimus fuit amor, si nos condidit, ex amore condidit, si incarnatus est, & hisce nos mysterijs redemit, ex amore redemit. Et hoc quidē beneficium à mille sexcentis iam annis cœpit, at principium non habuit amor, sed fuit ęternus, vti significat Propheta dum ait, *Caritate perpetua dilexi te.* Et quamuis beneficia infinita & immensa sint, maior tamen Ierem. 31.

men longè amor est, à quo profi
scuntur. Atque hic præcipuum
quod in singulis mysterijs consi
rare & ponderare debemus. Pon
mysterium simul & amorē ita p
pendere animam oportet, quasi s
se amasset Deus, & suam vnius
causam hoc beneficium opera
Gal. 2. esset, vti notat Apostolus dicens,
fide viuo Filij Dei, qui dilexit me,
tradidit semetipsum pro me. Cert
namque est, non minus vnicuiq
beneficium hoc prodesse, quàm
pro se solo id prestitum esset; & ta
tum esse Dei amorem erga singul
nostrûm, quantus si nos & non a
lios amaret: nam à parte sua, tan
Christus ad patiendum & operan
dum hæc mysteria pro vnoquoq
nostrûm paratus erat, si modo o
In Gal. c. 2 pus fuisset, quã pro omnibus. Amor,
inquit Chrysostomus, Christi tan
tus fuit, & tam magnus, vt pro vno
solo non abnuisset pati, quæ pro o
mnibus in genere mortalibus sub
ijt. Propterea æquum est, ita singu
los mysterium meditari, ac si sui

vnius

vnius ob causam id actum esset.

Quoniam autem nihil est, quod magis fidelem & amãtem ad amandum excitet, quàm quòd amari se videat; vt nulla sint vincula & catenæ, quæ ita corpus vinciant, manusque ac pedes ligent, non carcer quo ita concludatur, ne foras prodeat, quàm amor, quo se verè quis diligi conspicit, animam ligat, vt semper amet & numquam amare desinat illum à quo amatur. Anima ergo summum hunc Christi amorem, qui in hisce mysterijs adeò eluceſcit, attentè & maturè considerans non potest, quin amore illius succendatur à quo tantopere diligitur; hinc dum orat hoc diuini amoris exercitio, quod diximus, occupatur. Vnde D. Theodoretus, sicut ignis quo plus ei ligni apponitur, eo magis magisque crescit; ita Dei amor rerum diuinarum contemplatione, magis accenditur, & vehementiorem perfectioremque operationem producit. Notandum autem, vt magis magisque admirabilis sancti huius exercitij. *Orat. de caritat.*

ercitij fructus intelligatur, è fre
quenti & continua horum myste
riorum meditatione, & amore di
no, qui hic quam maxime eluce
tantum, tamque intensum in anim
amoris & deuotionis habitum pr
duci, vt omni tempore & loco m
gna cum facilitate horum myst
riorum recordemur & ijs inten
mus, & cor nostrum tam perfec
amore exhilaremus, vt toti in Deu
trãsformemur, sẽperq; ei vniam
quo nullum in hac vita maius de
derari bonum, & nullus ex horu
mysteriorum contemplatione pr
stantior colligi fructus potest.

CAPVT V.

De vera voluntatis in Deum resignatione, quam ex horum mysteriorum consideratione elicere debemus.

VERA & perfecta resignatio, altissimus & perfectissimus amoris diuini est gradus, & velut eiusdem coagulum: sita autem

in eo

in eo est, vt anima totam se voluntati creatoris sui resignet, nihil vt desideret, aut velit, quàm vt in se perfectè, tum in ijs quæ homo ipse facere debet, tum in omnibus, quæ forinsecus accidere queũt; tam in prosperis & secundis, quam aduersis & tristibus, tam hac in vita, quam alia, tam in tempore, quam æterno, quoad aduersa scilicet, diuina voluntas compleatur: vt nempe in his omnibus primaria eius intentio ac voluntas sit, nullo bono aut solatio, quod tum in hac, tum in futura contingere vita queat frui, neu pœnam & damnum, quod hoc in mundo, aut altero emitti queat fugere; sed in omnibus Dei beneplacitum, eiusque voluntatem sequi. Hoc est quod supra omne bonum & solatiũ amare & velle debet, ideoque se ad omnem cruciatum & supplicium subeundũ debet offerre. Hic est perfectissimus Dei amor, & sanctitatis vitæ Christianæ summa, ac velut omnium virtutum compendium, cõformare scilicet in omnibus se voluntati

luntati diuinæ, atq; vnum cum
velle & nolle habere. hęc auten
signatio præsupponit exerci
virtutum quas alio loco desc
mus, & passionum mortificati
quam suo post loco alio trad
prosequemur.

Sanctum porrò hunc affectu
horum mysteriorum consider
ne elicere debemus, perpend
amorem, quo Deus nos adeò
& immensè dilexit; tam liber
& gratiam spirantem: cõtempl
quoque cruciatus & tormenta,
bus se homo factus pro nobis
lit, quodque nostri ergo totu
dederit, & impenderit, & quid
fecit & passus est in carne mort
ad nostram redemptionem & sil
præstiterit: exemplum item intu
tes, quod in his sacratissima Ch
Saluatoris anima dedit, quæ in
nibus æterni Patris vluntatem q
rebat & complebat, vt ipsemet
Ioan.6. status est, dicens: *Descendi de c*
non vt faciam voluntatem meam,
voluntatem eius qui me misit. &
in

in loco *Et qui me misit, mecũ est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper.* Ioan. 8. Ac tum cùm propter grauissima crucis tormenta, & mortis, quam præ oculis habebat, angustias, ipsa natura humana, ipso Domino permittente, contremiscere & pauere cœpit; ad nostrum exemplum perfectissimam voluntatis in Patris manus resignationẽ declaraturus ait, *Pater mi est possibile, transeat à me calix iste, si non, fiat voluntas tua.* Matth. 26. Luc. 22. quasi diceret, Naturalis quidem humanitatis meæ inclinatio, Pater, mortem timet, eamque abhorret; nam naturaliter sui conseruationem quærit, at voluntas mea quæ libera est, inclinationi naturali repugnans, diuinam voluntatem tuam perfici vult; eamque integrè completurus, totum me in manus tuas resigno ac trado, & omnibus me tormentis offero, quæ ad gloriam tuam & mundi salutem me subire par est. Ita scilicet summus ac cœlestis ille magister nos docuit, ne ijs, quæ caro & voluntas

tum præ malo quem habet hab
aut naturali inclinatione expetu
qualia sunt, quæ voluptatem qu
dam afferunt, quam primum
sentiamus, neu statim ea quæ na
timet, qualia sunt cruciatus &m
fugiamus, sed in omnibus sanct
mam Dei voluntatem quæramu
ei nos totos, vti diximus, resig
mus.

Circa hanc resignationem d
tare quis possit, quî fieri possit
omnibus Deo nos resignemus,
aliqui sint casus, qui volente
statuente Deo contingunt, aut
tingere queunt, sed quos ipse n
homo, quòd eosdem velle non
neatur: vt si frater alicuius in pec
to mortali mortuus esset, &
damnatus: mors illa & damna
voluntas est Dei, qui quamuis pe
catum noluerit, voluit tamen ipse
mori, & ob peccatũ condemnari
quidẽ ita id velle nõ teneor, imò
id velle caritati fraternæ repugn
ret.

Item si quis Patrem meum læs
fe

set, aut saxum illi cerebrum casu comminuisset, hoc quidem Dei voluntas esset, cum omnibus supplicia & mala Deo permittente fiant; tamē id ipse velle non debet, imò velle, pietati aduersaretur. His respondemus, in his similibusq; casibus, quos Deus immittit & permittit, variās esse causas & rationes: & hos sub vna ratione consideratos, non vult Deus, atque ita eosdem homo abhorrere potest, Dei voluntati non refragando; sub alia autem ratione consideratos eos vult, ac tunc eosdem etiam velle potest homo, quo se voluntati diuinæ accommodet. Verbi gratia, mortem & damnationem fratris, simul & læsionem Patris, consideratas duntaxat vt malę sunt, & hisce noxiæ, non vult Deus, vt dicit Sapiens, *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Sap. 1.
id est. Quamuis occidat & condemnet, illius tamen intentio & primarius finis, non est occidere, aut condemnare, & propterea, vt docet Apostolorum Princeps, exspectat & 1. Pet. 3.

fustinet peccatores, quòd nol
perire & damnationem incu
D. Thom. Cùm igitur hæc mala nolit De
1.2 q 19. quantum mala, potest etiam h
a.10 & non tamen Dei voluntati resi
q 19. a.2. do, imò eidem se conform
& 2.2. q. eadem in quantum mala & d
104. a.1. eorum quos amat, nolle. Veru
siderando hanc mortem & con
nationem fraternam & vulnu
Patris in quantum sunt diuina
tię effectus & opera in quibus
iustus & æquus sit Deus eluce
peccatum fugiatur, & diuina
tia timeatur, eadem vult & op
tur Deus, & velle & amare po
homo. Etsi præ infinita bonitate
Deus ad hoc eum nolit obligari,
duntaxat vt non refragetur, nec
uinæ iustitiæ contradicat, sed pa
enter eandem ferat; atque ita se
D. Bonau. uino beneplacito conformat, &
in 1. sentē. ipsum se resignat, cupiens cu
d.48.q 2. quæ cupit Deus, & illum velle
cipit. Verum maioris meriti ac p
fectionis opus fuerit, perfectior
& integrior resignatio; si hæc
quæ

quantum diuinæ iustitiæ decretum sunt, ad eius gloriam augendam cõducunt, & in quantum voluntas & beneplacitum Dei sunt, homo non modò ferat, nolendo eadem cum peccato fugere, (quod est eadem æquanimiter ferre) verumetiam ex amore Dei velit & amet ipsum, non modò quod misericors, verumetiã quod iustus & ad castigandum potens, diligendo.

Cap. VI.

De affectu admirationis: quomodo is hisce mysterijs eliciendus, & nobis exercendus.

Nascitvr in nobis admiratio ex effectus causæ cuiusdam occultæ, ac rei nouæ & raræ, item magnæ & sublimis, quæ humanam facultatem excedit cognitione: atque ita plerumque ignorantiam præsupponit in eo, qui admiratur, ac proinde in Deum cadere nequit. Continet ipsa desiderium cognoscendi meliùs ac perfe-

D Thom. 1.2 q 32. a.8. q.41. a.4. & 3 q.15 a.8. Ricard de contempl. lib.9 c.3.

ctiùs rem quam quis miratur, & i
eiusdem cognoscendæ, simul & r
quisitionem & diligentiam ad e
cognoscendam. Ita mundi huius
pientes, quòd in rerum naturae
sarum occultarum effectus viden
quales sunt eclipses, fluxus & ref
xus maris, fulmina & tonitrua, e
rundem causas inuestigarunt, et
In princi. Metaphys. inuenerunt. Hinc Aristoteles adm
rationem omnis ait philosoph
initium exstitisse. Ita quoque in
bus diuinis fieri videmus, quas cu
attentione considerantes, velut m
gna & alta, multis interuallis omn
facultatem, sapientiam, & omn
humanum ingenium captumq; ex
cedentia admiramur: miramur in
quam velut noua, insolita, rara,
quòd talia in intellectu nostro sint,
quando iam recenter perpendimus
& ponderamus, quod antè non vi
debamus, nec aduertebamus.

Hanc autem admirationem è di
uinorum vitæ & passionis Christi
Iesu mysteriorum consideratione
elicere debemus. hinc anima perfe-

ctiones

ctiones & virtutes Dei in ijsdem relucentes considerans, immensam æterni Patris caritatem & pietatem admiratur, vt qui voluerit & decreuerit, vt Filius suus æternus, quem infinito amore diligebat, & vnus cum ipso Deus erat, talibus se ac tantis opprobrijs ac cruciatibus, ob tam vilem adeoque ingratam creaturam, qualis est homo, exponeret & offerret. secumque dein perpendit, quam iusta ratione Apostolus Paulus hanc æterni Patris pietatem & amorem, misericordiæ diuitias & amorem nimium vocarit, amorẽ, inquã, qui infinities excedat, quidquid de ipso dici ac cogitari queat. Quin etiam ipsam Filij Dei caritatem ac benignitatem miratur, quod eò humilitatis descendere voluerit qualis fuit, naturam assumere hominum, qui per peccatum, ita se omni bono indignos reddiderant, & illorũ se miserijs & arumnis, quantum quidem potuit, subijcere. Miratur, quàm meritò Apostolus dixerit in hisce mysterijs benignitatem & *Ephes. 2.* *Tit. 3.*

humanitatem Saluatoris noſtri a
paruiſſe, ſuauiſſimum ſcilicet am
ris ipſius & miſericordiæ affectu
quæ mundo velut abſcondita &
cta videbatur, & hoc pacto ſeſe
euidentiſſimè exeruiſſe. Miratur
finitum illud amoris incendium,
immenſum dulcedinis Spiritus ſa
cti pelagus, vt qui vnus cum Patre
Filio Deus, hæc myſteria ad hom
nis, qui malitia ſua ſe ab eius gra
ſequeſtrarat, redemptionem ac
ſolationem operari & executi
mandare voluerit. Miratur infini
Dei ſapientiam & altiſſimum con
lium, quod hinc promanauit, cum
tam conueniens ad hominem ſal
uandum medium ſelegit, quo ſimul
& miſericordiæ ſuæ ſatisfecit, ho
minem à miſeria, in qua agebat,
liberans, & iuſtitiæ diuinæ, illi ple
nam pro hominum culpa ſatisfacti
onem offerens; ac de diabolo, illum
in quantum homo, per viam iuſtitiæ
ſubiungando, triumphauit, victum,
irriſum & deceptū, ac deſpoliatum
trahens, qui hominem aſtu, fraude,

ac men-

ac mendacio vicerat & in seruitutẽ traxerat. Miratur mundi nequitiam & cæcitatem, qui deserta luce tenebras diligebat, & manus in creatorẽ violentas conijciebat, eum neci daturus. Miratur ad quantam dignitatem euectus sit homo, quòd eius causa tam profunda sublimiaque mysteria operari dignatus sit Deus; item quam sublimis & pretiosa sit gloria, quæ homini post hanc vitam in cęlo paratur; cum hanc Dei Filius hisce operibus & cruciatibus, quæ his mysterijs continentur, promereri & lucrari illi voluerit. Miratur adhęc, quàm incomparabile malum sit peccatum cùm eius ab animabus tollendi causa, tam mirabilia operatus sit Deus: item quam graues inferni cruciatus, cùm Dei Filius, quò hominem ab ijsdem liberaret, tam grauia subierit supplicia. Miratur quoque pulchritudinem & decus virtutis, cùm ad animas sanctificandas & virtutibus condecorandas, talia ipse adinuenerit. Miratur denique nobilitatem & excellentiam a-

nimarum iustarum, cum altissimo & vnigenitus Dei Filius, quo eas sibi per gratiam desponsaret, semper apud se per gloriam haberet, tam tamque præclara ediderit miracula tulerit supplicia, opera denique tam supernaturalia operatus sit. Hæc liaque similia admirari debet anima dum hæc mysteria meditatur.

CAPVT VII.

Quam excellens & vtilis sit hic admirationis affectus, deq; luce, qua diuina hæc mysteria considerandi sint ad sanctum hunc affectum eliciendum.

AFFECTVS hic admirationis nobilissimus est, & animæ imprimis vtilis; nam in eadem continetur inprimis visio & intuitus rei magnæ aut nouæ, quæ in ipsa contemplatione se offert, item desiderium melius tale quid cognoscendi, &, si supernaturalem causam habeat, eiusdem cognoscendæ & videndæ; hoc autem desiderium spem con-

D. Thom. 1.2.q.32. ar.8.

continet ad hanc cognitionem & intuitum, quem spectat, pertingendi. atque hinc ratione spei causatur admirationem, gaudium & exultationem animæ. Ex hoc autem desiderio nascitur diligentia ad eam inuestigandam, & alia media, ad eius quod desiderat consecutionem spectantia, applicanda. Quod autem in rerum naturalium admiratione inuenitur, modo id quodam sublimiori in horum mysteriorum admiratione reperias: nam ex admiratione rei quæ consideratur, magis crescit attentio, crescente attentione, veritatis eiusdem cognitio, & simul etiam quod inde percipitur gaudiũ crescit. Hinc anima suspenditur, id est, extenditur & magis in æternæ veritatis cognitione & boni æterni amore & voluptate augetur. Tamen quo melius sancti huius affectus qualitas percipiatur, notandum est, quòd quoniam horum mysteriorũ admiratio à luce & cognitione supernaturali quam anima habet, nascitur; quo lux hæc & cognitio maior

Ricard. de contemp. lib. 5. c. 9.

ior est, eo & affectus admiratio
excellentior fit, vtilior ac suauio

Lex ergo alia est supernatura
Christianis omnibus communis,
dei inquam: vbi hac duntaxat
minata diuina mysteria anima
templatur, vtilem quidem inde
miratione haurit, verum non
ea adeò magna aut sublimis, vt
rum mysteriorum magnitudo
git. Sed est & aliud lumen, don
scilicet sapientiæ, primariũ è Spi
tus sancti donis, quod iusti dunta
habent. Doni huius lumine anim
præsertim vbi in ipsa per vitæ pu
tatem excreuit, diuina hæc myste
modo quodam excellentiore, gust
& sapore scilicet interiore, cogno
scit. nam cum intellectus multa gra
tia purus & defæcatus est, res diui
nas amore & suauitate quadam ex
perientiali, quæ in affectu & volun
tate versatur, cognoscit. Quando
ergo anima doni huius iam aucti lu
mine, quod modo quodam singulari
fidē illustrat & perficit, hęc myster
contemplatur, tum insignem & ex

D. Bonau. lib. de itineribus 3. p. 3.

tra-

traordinariam eorum admirationē concipit. Et tametsi alias eadem cōtemplata sit, tunc tamen de nouo eadem cōsiderare se putat, quòd noua & inusitata luce ipsa intueatur. Prēter hæc est aliud lumen diuinum supernaturale, quod habitus & qualitas non est in anima permanens, vti donum fidei, & donum sapientiæ, verum auxilium quoddam actuale quod plerumq; diuturnum non est, nec vnquam id ab anima tollit Deus nisi ipsa peccarit, & vbi visum fuerit, & sæpe dum minus speratur restituit. Hoc scilicet est lumen diuinę contemplationis, quo animas puras & humiles seruorum suorum, dum orationi vacant, & quandocumque voluerit, visitat. Hoc ergo lumine anima diuina mysteria considerans simul & maiestatem, pulchritudinem, ordinem, connexionem, & illorum inter se consensum & concentum, & cum ratione naturali, & finibus quos spectat Deus, conuenientiam, profundissima quadam admiratione suspensa manet, quòd rē adeò

Greg. Mor. lib. 5. c. 20 in noua edit. & in 4. Reg. c. 4. & c. 11. & in Ezech 17.

adeò pulchram conuenientemq
videat : magnaque claritate, qua
fides quidem permittit, nihil hab
posse melius, verius, Deoq; digniu
quam hæc sacra mysteria videt. H
item lumine anima magnitudine
& pulchritudinem Dei, eiusque p
tentiam, gloriam, ac bonitate
contemplans tantam admiratione
concipit, vt suijpsius obliuiscat
quodammodo à se ipsa alienet
totaque diuini amoris igne succe
datur, & rore quodam, & diuin
suauitatis liquore, qui ipsam pene
tret totam, insignem voluptatu
omnium mundanarum cõtemptu
ac fastidium in ipsa generet, & i
solius Dei amorem ac desiderium
resoluat, perfundatur. Ad hunc gra
dum ipse admirationis affectus, per
lumen hoc supernaturale pertingit.

Lib. de cõ-sid. 4. in fin. Propterea Bernardus ait, primam &
altissimam contemplationem esse
diuinæ maiestatis admirationem;

2.2. q. 180 ar. 3. nam hæc admiratio, quæ, vt D. Tho-
mas ait, est in voluntate, sequitur a-
ctum contemplationis, eumque co-
mitatur,

mitatur, & ei dat incrementum. Tam infinitum autem animæ, quæ ad hunc admirationis gradum peruenit, est bonum, vt etiam in terris viuens, velut in paradiso quodam spirituali cibis splendidissimis & pulcherrimarum virtutum donorumque cœlestium floribus refertissimo, in quo scilicet blanda diuinarum consolationum aura spiret, & pacis, quæ omnem gustum ac sensum exsuperat, quies sentitur, in quo denique dulcissimi caritatis liquores percipiuntur, agere videatur. quod teste D. Bernardo verè est centuplex pręmiũ, quod suis hac in vita Deus, præter gloriam quam in vita æterna illis præparat, promittit.

Notandum autem, quòd, quamuis hanc rerum diuinarum contemplationem, quæ hoc lumine & admiratione peragitur, sancti visionẽ animæ dicant, & perspicuam diuinorũ mysteriorũ visionẽ, nõ propterea desinat esse fidei cognitio: nã nõ solũ fides dicitur ipsũ virtutis fidei lumẽ qꝑ omnibus fidelibus cõmune est,

Dionys. Richel in 3. sent dis. 24 q. 1.

est, verumetiam omne lumen, quo
fidelibus communicat Deus, im
rim dum in hac vita peregrinant
etsi altissimæ contemplationis l
fit. Proinde per fidem interdum
ctores intelligunt solam fidei virt
tem, & hoc sensu dicunt, divi
mysteria in hac vita altiori quod
lumine quàm ipso fidei, scilicet
pientiæ & contemplationis don
cognosci posse: interdum etiam
nomine omnem accipiũt cogniti
nem, quæ non sit immediata &
ta Dei ipsius visio, qualis est cæli-
larum. & hoc sensu Apostolus
hac vita nos dixit per fidem viue
non verò per claram Dei visionem
& ipsum à nobis videri in specu
& ænigmate, id est, per creaturas, &
in altera vita facie ad faciem, sine
vllo rei creatæ medio, con-
spiciendum.

1. Cor 13.
2. Cor. 3.

Bernard. serm 41. in Cant.

CA-

Cap. VIII.

De sancto gratitudinis & gratiarum actionis affectu, qui è mysteriorum horum consideratione hauriendus.

GRATITVDO aut recognitio in eo sita præcipuè, vt beneficiũ acceptum quis cognoscat & magnifaciat, scilicet magnitudinem & vtilitatem beneficij recognoscat & ponderet, quodque id gratis & liberaliter collatum sit, seque erga benefactorem obligatum agnoscat. Deinde vt beneficium laudet, & magno cum affectu vbiq; & coram quibus conueniat tale beneficium se recepisse testetur, & benefactorem laudet, & gratias agat. Tertiò vt beneficium reipsa pro facultate compensẽt. Hunc affectum ex horum mysteriorũ consideratione elicere oportet, hoc modo, considerare scilicet mysterium hoc (ita & in ceteris) maximum esse à Deo nobis collatum beneficium, & singillatim videre quantum fecerit & passus

D. Thom. 2.2.q.107. a.2.

passus sit Christus Dominus, hoc
mysterium operans: illius etiam
tilitates excutere. itaque inueni
mus, quodcumque mysterium fe
cundissimum & amplissimum es
beneficium, quod alia innume
complectatur. Nam per quodcum
vitæ & passionis Christi mysteriu
sumus à peccato, dæmone, mort
condemnatione, igne sempiterno
& passionum tyrannide liberati, s
mul etiam gratia cõfertur, qua De
grati reddamur, & adoptio, qua fili
Dei constituamur; dantur item vir
tutes omnes & dona Spiritus sancti
& aduersus tentationes victoria, at
que vt viua Christi membra, & om
nium eius meritorum ac gloriæ par
ticipes fiamus. Omnia hæc bona &
commoda ab vnoquoque mysterio
proueniunt; proinde æquum est, vt
in omnibus quæ meditamur grati
tudinem exhibeamus. Nam quamuis
D. Thom. quodlib. 2. q. 1. certum sit, Redemptorem Christum
singula mysteria, vt integrum Re
demptionis nostræ pretium offerre
noluisse, sed quidquid fecit & tulit

iam

iam inde à primo cõceptionis instãti, donec in cruce exspiraret, in pretium integrũ & perfectum, quo omnibus mundi peccatis satisfaceret, (ac proinde ante Saluatoris mortem homo nondum erat redemptus, neu cœlum subire poterat) obtulisse; tamen certissimum etiam est, vnumquodque mysterium, & quodcumque eius opus, & pœnam quam in illo subijt, sufficientissimum ad hominem redimendum, & omnia illi gratiæ & gloriæ bona comparanda, pretium fuisse, quod infiniti valoris & meriti fuerit. Quare si ipsum Christus, velut plenariam satisfactionem, offerre voluisset, qualicumque eorundem mysteriorum planè redempti, & cœli ingressum adepti essemus. At noluit clementissimus Dominus, verum singula mysteria, & quidquid ante mortem fecit & passus est, velut partem pretij, cum quo coniungens quod moriendo pertulit, ipsum velut plenariam satisfactionem in redemptionem obtulit, vt ita & redemptio copio-

copiosior foret, & mirabilius ar
rem immensum, quo salutem no
operabatur demonstraret. Qua
obrem dicimus, in vnoquoque
sterio omnes has nos vtilitates,
redemptionis nostræ effectus co
derare debere, quò pro ijsdem gr
simus: nam vnumquodque my
rium ad omnes simul producend
suffecit, & de facto velut part
eosdem operandos concurrit.

Considerandum insuper, quis
quia hæc mysteria operetur, & i
beneficia præstet. Si quis his non
neficijs afficeret, qualia sunt vita
impendere, & grauissimis & cruci
tibus & morti offerre, quo ab æter
nos morte vindicaret, & infinita
nobis bona compararet; maxim
illi gratitudinem deberemus, qui
summa hæc sint beneficia; quanto
verò magis cum Deus per seipsum
sacratissimam humanitatem, quam
sibi coniunxit, tam ingentibus no
affecit donis. Refert Valerius Max
mus, post confectum à Scipione Ro
mano prœlium, quemdam prædam
distri

Lib. 8. c. 11.

distribuentem, militi generosissimo, quique strenuè rem gesserat laminam auri dedisse. miles ergo de doni paruitate expostulans ante datoris pedes ipsum abijcit, maiora se promeritum ratus. Vocat militem Scipio, & armillas illi argenteas in rei benè gestæ remunerationem offert, dicens: His te armillis donat Imperator. Placuit militi donum, eoque contentus abijt quasi mercedem consecutus amplissimam, quod à Scipione eam accepisset. Meritò miles censuit, maius esse, aliquantulum argenti à magno accipere Principe, quam magni pretij aurũ à gregario. nam qui alteri quidquam cõfert, illum se magni fecere ostendit, seque eiusdem meminisse, rationẽ habere, & amare. Sicut ergo maius quid est, vt quis vir primarius tui recordetur, quam æqualis, propterea exiguum à summo Imperatore profectum munus, maioris fieri solet, quã pretiosum à triuiali. Quanti ergo hæc mysteria facienda sunt, quæ præterquam quod immensa sint beneficia

neficia, immediatè ab æterno &
finitæ maiestatis recipimus De
Quanti porrò hæc facienda si
vt ijs grati, prout oportet, exi
mus, docebit nos viri cuiusdam
ctissimi gratitudo. Ingens iu
Tobias ab angelo Raphaele, q
hominem credebat, beneficium
cepit. Cui cùm gratiam repen
vellet, quid dixit, quid egit? cum
Tob. 12. tre agens ait, *Pater quam merc*
dabimus ei? aut quid dignum po
esse beneficijs eius? quasi diceret,
ingētia eius in nos beneficia sum
etiamsi daremus quidquid h
mus, parem referre gratiam
possimus. Cumque in genere bene
cium retulisset, dicens, *Me duxit*
reduxit sanum; statim omnes eu
dem partes & circumstantias exp
fuit, *Pecuniam à Gebelo ipse recep*
vxorem ipse me habere fecit, &
monium ab ea ipse compescuit, gau
parentibus eius fecit, me ipsum à
uoratione piscis eripuit, te quoque
dere fecit lumen cœli, & bonis omn
bus per eum repleti sumus. Quid
ad

ad hæc poterimus dignum dare? sed petote pater mi, vt roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere. Permagni adolescens hic hæc beneficia fecit, dum credit ab homine sui simili hęc collata. at vbi conductor se aperiens se dixit Angelum Raphaelem esse, de numero illorum, qui Deo adstant, tam præclarè de beneficijs omnibus sentire cœpit, tantíque eadem facere, vt solo prostratus tres horas iacuerit consternatus, tam rarum beneficium obstupescens, Deumque laudans & benedicens: quin & exurgens à Deo laudando, glorificando, eiusque encomijs celebrandis non cessabat. Ita scilicet hæc mysteria consideranda nobis sunt, quo ijs grati simus, singulas eorundem circumstantias, & singula quæ inde nobis euenerunt, & semper euenient bona, minutim & singillatim excutiendo, Deumque eorum nomine laudando & glorificando, noſque illi laudem, & cultũ perpetuum & quam possumus ma-

ximum exhibere debere confite
do. Præcipuum autem quod pond
randum est, quò gratiſimus, ipſe
mor est, à quo profecta ſunt. Nam
in ſingulis beneficijs, quò grat
D. Thom. mus, vt ſancti tradunt, magis be
2.2 q.106 factoris affect⁹, quã opus ipsũ &
a.3. neficiorũ effectus ponderandus
quanto potius in hiſce benefic
quæ ab ęterno & infinito amore
ſcenderunt animæ oculos in a
num amoris fontem quò gratia
pendamus, conijcere oportet? H
ſacra Scriptura, dum ſummam no
horum myſteriorum ob oculos p
nit, ſcilicet filij Dei in hunc mun
aduentum, eiuſque paſſionem, m
velut digito caritatem, quæ ra
eſt, è qua illa progerminarunt
Iſai c 9. monſtrat. Hinc propheta Iſaias, cu
& 37. myſticis verbis hæc mirabilia d
claraſſet, quæ Deus ad mundi ſalu
tionem eſſet operaturus, ilico ſu
nectit velut in fontem, è quo de
uanda eſſent, intendens, *Zelus*, id
ardentiſſimus & vehementiſſim
amor *Dominι exercituum faciet hꝛ*

Et Io-

Et Ioannes ait, *Sic Deus dilexit mũ-* Ioan.3.
dum, vt Filium suum vnigenitum da-
ret & alio in loco, *Dilexit nos,&* Apoc.1.
lauit nos à peccatis nostris in sanguine
suo. & Apostolus Paulus, *Christus* Ephes 5.
dilexit Ecclesiã, & se ipsum tradidit
pro ea. & ad Romanos, *Commendat* Rom.5.
autem charitatẽ suam in nobis Deus,
quoniam cum adhuc peccatores esse-
mus, Christus pro nobis mortuus est.
Atque huc inuitare nos voluit mi-
nus, cum moriens in ligno crucis
diuinum ad cor vsque, caput incli-
nauit. aliud non habebat in corpore
membrum, quod liberè mouere
posset, præter caput; nam pedes ma-
nusque clarius confixæ erant, & be-
nedictissimo hoc capite cor nobis
designabat, vt videremus, quo po-
tissimum consideratio & affectus a-
nimæ dirigenda essent, ad amorem
scilicet cordis. Eandem etiam ob
causam mortuo sibi latus aperiri vo-
luit, vt per hanc vitæ fenestram ar-
dentissimũ amoris incendium, quod
in sacratissimo hoc pectore flagra-
bat, contemplaturi ingrederemur,

eoque succenderemur, atque ita p
singulis mysterijs, quæ hinc prodi
rant, & cum ipso ad redemptione
nostram concurrerant, gratias im
mensas ageremus.

CAP. IX.

*Quam excellens & vtilis sit sanc
hic gratitudinis & gratiarum
ctionis affectus.*

ERGO dum anima sanct
hunc gratitudinis affectu
beneficium acceptum mag
faciens & ponderans, & cognosc
quantū Deo eo nomine debeat, v
sumq; eo nomine laudans & exal
seque ad illi par referendum, & c
ta animi contentione seruiendi
offerens, in oratione exercet; excc
lentissimum virtutis actum præst
qui ad insignem eminentemque
ligionis virtutem spectat, cuius
Deo debitum cultum, reuerentiam
& obsequium, in recognitione
quòd supremum ipse sit princip
& omnis nostri boni auctor, da

Faci

Facit quoque actum inprimis necessarium: nam gratiarum actio Deo maximè debetur, vt scribit Paulus ad Thessalonicenses: *Nos autem debemus gratias agere semper pro vobis*, id est, pro beneficijs, quæ à Deo recepistis. Cùm igitur caritas obliget ad agendas Deo gratias pro beneficijs, quæ proximus ab eius manu accepit; quanto potiùs easdem pro beneficijs in nos ipsos ab infinita eius misericordia collatis agere tenebimur? & præsertim pro huiusmodi beneficijs, qualia sunt redemptionis; quæ, licet omnium aliorum aliquando obliuisceremur, numquam animo per obliuionem eradenda sunt, vt his verbis docet Bernardus. Quoniam omnibus impossibile est, omnium singillatim beneficiorum Dei recordari & semper ea in animo habere, vt particulatim pro ijsdem gratias agamus, saltem præcipuum & omnium maximum, ipsum scilicet redemptionis, nunquam menti ipsorum, qui hoc ipso redempti sunt, excidat.

D. Thom. 2.2.q 83. a 17 & qu 106. ar. 1. 2. Thess. 2.

Serm 11. in Cant.

Facimus hic item rem Deo g
tissimam, quæque honorem illi
gloriam afferat, quod satis in S
ptura declarauit Deus, cùm to
hominibus inculcat, vt semper
neficiorum suorum recorden
grati sint, gratias agant, se laus
benedicant & pro ijs glorifice
per Prophetam id confirma
Psalm 49 ait, *Sacrificium laudis honorifi*
me. Et grauiter è contra expos
& supplicia interminatur ijs,
ipsum negligunt.

Esdr. 1.
D. Thom.
p. 1. q 95.
a. 4 2. 2.
q. 27. a. 7.

Ita quoque magni meriti op
gimus: quo enim opus iusti ma
eminentioris virtutis, & Deo g
tius, tanto maioris meriti, gratia
gloriæ apud Deum futurum est,
post alio in tractatu declarabim
opus item agimus animabus no
vtilissimum: nam certum est, q
sicut ingratitudo & beneficio
receptorum obliuio in causa est
Deus ijsdem hominem spoliet;
gratitudo, & vera gratiarum ac
pro donis acceptis, causa est
Deus eadem in animabus grator
aug

In opus de Mortificatione p 3. c. 9.

augeat & multiplicet, & manu liberalissima in ipsas misericordiæ suæ fluenta, magna copia noua dona & gratias communicando effundat. Vnde mellifluus Bernardus, Flumina ad mare properant, quod illorum velut fons est, vt iterum ex eodem effluant: ita quando dona quæ à Deo recepimus, in eum per gratiarum actionem refundimus, tunc noua dona Dei in nos ipsos redeunt & promanant: nam qui in modico fidelis est, dignus est, qui copiosiora pluraque recipiat. *Serm. 1. in cap. ieiun.*

Hęc & alia plurima sunt bona, & diuitiæ spirituales, quæ in sancto hoc gratitudinis affectu continentur; ad quæ obtinenda, magno hunc feruore & sensu exercere conuenit. Cui rei mirificè, præter ea quæ dicta sunt, duo vsui futura sunt. Primò benè ponderare, quid de nobis singulis sine his mysterijs foret. Dicat ergo secum homo, ni per sacratissima hęc vitæ & passionis Christi mysteria staret in singulis peccatis, quæ patraui perijssem, neque enim habuis-

sem, qui me inde educeret, & pra
peccata quæ commisi, in alia inf
ta cecidissem, quòd non habuisse
qui eadem fugiendi vires ded
sine vlla spe æternis addictus es
pœnis, & paulò post in me effect
tentia executioni mandanda, me
in ignis sempiterni abyssо, sine
vmquam egrediendi spe cõstitu
vidissem. Quàm infinita quant
hæc mala sunt? ecquod illa co
gnè perpendere potest? quæ lin
exponat. Ab his autem omnibu
sacra hæc mysteria liberatus sum
mnia hæc incarnationi huic, nat
tati, circũcisioni & reliquis myste
is, ac operib⁹ Saluatoris mei debe
Alterum quod huc conducet, erit,
scilicet homo ita vnumquodq; my
sterium & beneficium perpend
quasi pro se solo id actum esset, v
solus id ipse recepisset, vt in affec
amoris diximus. vt tamesi ceteri ho
minum excludendi non sint, qui bo
rum beneficiorum participes sun
tamẽ quasi reliquorum oblitus, in
solum oculos conijciat, dicens: Pro-

pter

pter me solum hocce factum est mysterium, mihi hoc præstitum beneficium, ita ipsum exaltãs, & gratum habens tali cum affectu, quasi pro se solum id actum esset. Nam vt solis lumen ita ipsũ illustrat, quasi ipsum solum illuminaret, & aliorum illustratio, donum non imminuit, sed potius auget. nam alios illuminando, socios illi dat, qui adiuuent, cõsolentur, & benefaciant: ita vnumquodque Christi mysterium vti suprà diximus, ita prodest ipsi, quasi pro se solo actum esset; & quod alijs prosit, illius vtilitatem non accîdit, verum quam maximè auget, dat enim collegas, qui ipsum etiam amẽt, congratulentur, & gloriam amplificent. Docet hoc Chrysostomus hisce verbis. Boni ac fidelis serui est, Domini sui beneficia, quæ omnibus communia, ita æstimare & grata habere, quasi sibi soli fierent, & quasi ipse solus omnium debitor foret, & obligatus pro singulis gratiam rependere. Et meritò ita sentit; nam reuera tam integra & perfecta, illi

Lib. de compunctione cordis.

collata sunt, & ita in vsum & li
rationem eius, quasi pro se solo
cta fuissent.

Præter hæc gratitudinis exe
tia quæ diximus, est & alius exc
lentissimæ gratitudinis actus, q
animam exercere par est, hęc my
ria dum meditatur, scilicet Pat
terno, & toti sanctissimæ Trin
gratias pro ineffabilibus illis be
ficijs, quæ sacratissima illa filij
humanitas operata est, illam sc
cet cum persona filij Dei vnie
tantamque illi gratiam, potestat
auctoritatem, dignitatem, sanctit
tem, sapientiam, perfectiones, gl
riam in corpore simul & anima da
do, quanta reuera dedit, agere, si fa
terna ipsa caritas cogat, vt Deo gr
tias pro beneficijs in proximum
vnumquemque in particulari colla
2. Thess 1. tis agamus, vt ipsum Apostolus co
& 2. fitetur; quanto potius amor quem
Christo redemptori in quantũ ho
mo debemus, nos obligat, vt benef
ciorum sanctissimæ huic humanita
ti collatorum ratione, gratias ag

mus

mus? Si humani corporis membra quodam modo teneantur gratitudinem exhibere ob bona capiti collata, quòd omne capitis bonum alijs membris communicetur: quantò potius fideles omnes, & quisque in particulari, tenentur agere gratias ob infiniti valoris beneficia sacræ huic humanitati data, secundùm quam Christus nostrum est caput, nobisque vt membris suis, omnia bona communicat in quantum eorundem capaces sumus? Hunc ergo gratitudinis affectum exerceat anima, atque ita pretij infiniti thesaurum reperiet: nam sic proximi bona amantes eius virtutes scilicet, & bona opera, misericordiam, patientiam, eleemosynarum largitionem, & pœnitentias, & fructum quem animæ comparat, & in ijs operibus exultantes, & in Deum horum gloriam referentes, hoc etiam bonum lucramur, quod illas virtutes ac bona opera, nostra quodam modo faciamus: & nihil de proximi merito deterentes, id nobis applicemus, iu-

Ephes. 1. & 4. Coloss. 1. & 2.

xta gradum affectus caritatis, qua
lætamur, & gratias agimus; quæ
Pastoral, c. 11. admirabilis D. Gregorij sentent
dicentis. Nostra sanè sunt proxi
quem diligimus opera bona. na
illa est magna virtus caritat
quæ opera alieno labore facta, n
stra sine vllo sudore & labore, s
solo animæ affectu efficit. Quam
rem amando in Christo bona, q
in quantum homo à diuinitate
cepit, & ijs gaudendo, & gratias
eadem agendo, nostra eadem mir
bili quadam ratione reddimus, si
licet copiosius omnium eius grati
rum & virtutum participando.

CAP. X.

*De affectu contritionis & dolore pe
catorum è sacrorum horum mys
riorum consideratione hauriendo.*

EGREGIVM hunc contri
tionis affectum ex horum
mysteriorum contemplatio
ne hoc modo elicere cõuenit: Con
siderando in hisce mysterijs pœnas
& hu-

& humiliationes Christi redemptoris, ponderare debemus quam graue sit malum peccatum, cùm tam pretioso opus fuerit malagmate & medicina ad ipsum curandum; vt scilicet se humiliaret Deus & hominum se ludibrijs cruciatibusque exponeret: quanta ipsum iniuria & offensa maiestatis diuinę. Et est reuera iniuria & culpa infinitæ malitiæ, cùm ad illam luendam & illi satisfaciendum infiniti valoris satisfactione opus fuerit. Nam pœna inflictæ culpæ grauitatem arguit. Si vir nobilis à carnifice abriperetur, & in patibulo in quo viliſſimi quique sicarij & malefici suffigi solent, suspenderetur, enorme eius haud dubiè crimen esse nemo non fateretur: & si is, qui hoc modo ad supplicium raperetur princeps foret, ac regni hæres, & vnicus regis filius, sciremusque à proprio illum parente, viro iusto & pio, supplicio illi grauissimo tradi, colligeremus sanè delictum ob quod hocce supplicium irrogaretur, atrox, infandum & infi-

nitę grauitatis esse. Adhæc fisci
mus principem illum, crimen
admisisse, sed seruum eius, & illa
quod pro hoc cautionem præsti
set & fide iussisset, hoc supplicio
fici, multo etiam amplius deli
huius grauitatem miraremur, &
se in mundo culpam tam enorme
quæ hoc supplicium ex iustitia
mereatur. Ex his omnibus pecca
hominis perpendi grauitas pote
cogitando scilicet Deum iustis
mum, qui nunquam vltra condig
in culpam animaduertit, tam ac
cia vnigenito Filio, quem infinit
complectebatur amore, torme
irrogasse, idque non propria culpa
nam nunquam peccauit, aut pecca
potuit, sed culpa filiorum Adam
præuaricatorum. quanta ergo sit o
portet culpa, quale crimen, quod
tam atrox mereatur supplicium
Consideret adhæc, quantopere al
tissimus Dei Filius hominum pecca
ta detestetur, quantopere illi displi
ceant, quantopere affligant, cùm
sponte se talibus supplicijs & mor

ti, quò

ti, quò peccata tolleret, obtulerit. Nemo prudens & sapiens malum eliget maius, quo fugiat minus, quin potius quod minus putat, eligit, quo maius euitet. Cùm tamen Dei Filius ipsa prudentia & æterni Patris Sapientia, propria voluntate & sponte huiusmodi pœnas & mortem, quò peccata aboleret elegerit, clarissimè sequitur, magis Christum peccata quæ facimus, quam passionis tormenta, infamiam & mortem sensisse, & maiorem illi pœnam ac dolorem in anima peccata, quàm omnes crucis angustias & certamina attulisse.

Hisce rationibus peccati grauitatem excutiat homo, quibus nullæ haberi efficaciores queunt. Nam etsi peccati grauitatem egregiè declaret, cõsiderare, ob vnicum peccatum mortale, quod vel momento committitur, æterna Deum irrogare supplicia, & quidem infernalia; multo verò potius eandem demonstrat, Patrem æternum in vnigenito Filio suo tam enormibus,

cru-

cruciatibus & morte homin
peccata castigasse. Vbi ergo ho
secum vniuscuiusque peccati gra
tatem perpenderit, mox in se red
ac cogitet, Ergo ego sum is, qui
graues infinitæ & æternæ Dei m
stati iniurias irrogaui, ego dilec
simum æterni Patris Filium cruc
xi, ego tantorum cruciatuum &
lorum causa exstiti. ac si ne tum q
dem dolorem aut lacrymas in pa
sensitiua senserit, in voluntate s
tem easdem sentire conetur, con
piendo scilicet displicentiam &
dium peccati ac contritionem, q
interius dicat, ob vllum mundi bo
num se nolle vnquam peccato co
sensisse, simulque asserat, tantum
Deo iuuante, deinceps malum m
nimè quantum quidem potuer
commissurum.

Esdr. 1. c. 9. & 10. Filij Israel cum è Babylonica c
ptiuitate redijssent, sciebat Esdr
sacerdos & doctor legis illos ob a
fiduum cum gentibus commercium
in grauissima peccata prolapsos fu
isse; & imprimis quod contra legi

pra

præscriptum, vxores alienigenas duxissent. Ergo gloriæ diuinæ & salutis animarum zelo actus, his auditis, interno fuit dolore tactus, inque eius signum vestimenta disrupit, capillos euulsit & barbam, & ante templum in genua prostratus, manus in cœlum sustulit lacrymasque effundens orauit, dicens: *Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cœlum.* Et hac mentis afflictione ille motus populique peccata deplorans, comedere aut bibere noluit, quòd cibus illi forent lacrymæ noctu diuque. Filij Israel autem Esdræ ob peccata aliena pœnitentiam videntes, delictorum pœnitentia tangi cœpere, inque eorundem expiationem copiosum lacrymarũ imbrem effuderunt. Tantus porrò omnium fuit dolor & timor, vt teste Scriptura ob delicta tremerent, peccataque cõfiterentur, dicentes: Præuaricati sumus in Deum nostrum,

per

per pœnitentiam ad ipſum co
tamur, ſanctamque eius legem
pleamus. Si Eſdræ pœnitent
populi peccata conſpecta eius
efficaciæ, vt ipſe peccatorum g
tatem conciperet, & pro ijſden
leret; an non fidelibus nobis a
uitatem delictorum ponderan
eaque dignis lacrymis expiand
mulus eſſe debet, videre in ſ
hiſce myſterijs, ſummum ſace
tem noſtrum Chriſtum, æter
Patris Verbum, lucem mundi,
dolore & triſtitia ob delicta no
affectum, vt ſanguinem illum
quaque exſudare, veſtes non
quidem lana contextas, ſed ſacra
ſimam humanitatem, è virgi
formatam ſanguinibus conſcind
cogat, quam tam gratanter aper
dam, & virgis, ſpinis, clauis, &
tormentorum adinuentionibus
ſecandem obtulit; ac propter de
ctorum noſtrorum ſenſum & dol
rem, atque vt ob eadem pœniten
am agat, capillos ſibi euelli, barb
expilari, & ſacratiſſimum vult
co

conſpui ſinat; tamque ſtrictè ieiunet, vt totus tormentis exhauſtus, aridus & ſitibundus, ob copioſiſſimum effuſum ſanguinem, non comedat, non bibat, quam fel & acetum. Videre adhæc affixum ligno crucis oculis in cęlum ſublatis, plorantem, & præ doloris ob peccata noſtra concepti vehementia clamantem, & totum ſe illorum cauſa in ſacrificium offerentem. Quàm efficax hoc ad dolorem criminum excitandum, qui totum cor diffringat & dilaceret, ſpectaculum? quàm acerba ac triſtis viſio, quæ triſtitiam caſuetur & lacrymas terram humectantes? Hic igitur anima conſiſtat & cauſas ſui compungendi excogitet; quæ vbi ſe à Deo tactam viderit (nam ab ipſo affectus contritionis vti & reliqui deſcendunt) doleat, pœniteat, peccatum ex animo deteſtetur, abhorrens quod Deus tantopere abhorret, & pœnitentia occidat, quod ille occidit, culpam ſcilicet, & cum Pſalmiſta dicat, *Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes* *Pſalm. 6.*

noctes lectum meum: lacrymis stratum meum rigabo. Discedite omnes qui operamini iniquitatem. Peccatum in posterum absce procul esto à me omnis in pe tum consensus, procul este soci amici, qui suis me exemplis & suasionibus ad Deum meum c dendum inuitant, procul à me tubernio & familiaritate om qui diligitis iniquitatem & pec tum.

Hoc affectu cõtritionis, si me ipsum exercere in horum myste rum consideratione poterimus, omni animam vitio mundabim passiones compescemus, pro debi supplicijs Deo satisfaciemus, me ta multiplicabimus, virtutes, don gratiamque diuinam augebimus, insignem consolationem nanciscemur. Nam latet hic admirabile de secretum. Cùm enim tristitiæ pro prium sit, contristare, & doloris cruciare & turbare, sicut in dolor ob damna temporalia & alia, qua præter hominis voluntatem & be-

nepla-

neplacitum accidunt, fieri videmus; hinc vna tristitia succedit alteri, & dolori dolor; sæpe etiam tanta ingruit inquietudo, afflictio, & deliquium, vt desperationem inducat: ac propterea ait Scriptura, à tali tristitia exsiccari ossa, atque vt vermis lignum, & tinea vestem, ita tristitia cor consumit, & omne eius bonum exedit. Hæc quidem in tristitia temporali ita communiter fiunt; in tristitia tamen sancta & dolore bono, qui ob peccata scilicet assumitur, contrà cernimus fieri: nam hic cor consolatur, & ad omne bonum excitat & accendit. Cuius hæc est ratio, quòd rerum temporalium dolor ex inordinato erga creaturas affectu nascatur, ac propterea tales affectus habet, at qui ob crimina induitur dolor, à Spiritu sancto, qui hunc animæ dolorem inspirat, & per eundem illam mundat & purgat, producitur, vt idem Spiritus sanctus noua & copiosiore gratia in eadem commoretur: & quoniam Spiritus sancti est consolari & recreare;

Prou. 17.
Prou. 25.

creare; hinc anima peccata sua plorans consolationem accipit quietem, paceque fruitur, vnde ea completur illud Christi: *Beati* Matth. 5. *lugent, quoniam ipsi consolabuntur*.

Præter rationes dictas, quib' p cati grauitas excutitur, & anima dolorē excitatur, vtile etiā fuerit hūc affectū ex hisce mysterijs trā dū, virtutes, quas Christus in his docet, cū culpis, in quas prolapsi mus, comparare, atque hoc pa humilitatem, patientiam, caritat & reliquas eius virtutes cōsiderā homo, dicat in corde suo, Christ Dominus ac Deus meus ita se hum lem gessit, quò me humilitatem do ceret; & ipse adeò arrogans & leui sum: ille se ita mansuetum ac pa entem, vt doceret me iniurias ferre & ego adeò impatiens, vt etiam ob leuissima quæque indigner & com mouear, verbisq; contentam. Chri stus adeò ab omnibus delicijs alie nus, tormentisque plenus, quò me omnes delicias ac inordinatas car nis voluptates fugere doceret, &

ego

go adò fœdus & intemperans. Hac irtutum, quas Christi exemplo habere deberet, cum vitijs contrarijs, quæ in se agnoscit, collatione facta seipsum confundet, deque peccatis dolebit: & si nec hisce motiuis & causis ad confusionem & peccatorum dolorem moueatur, hoc ipso confundatur & doleat, quòd tam durus sit & insensibilis, vt tanto amoris & beneficiorum incendio nō molliatur, & tam validi impetus nullam in se impressionem, nullumve sensum efficiant, seque grauiter reprehendat, dicens cum Propheta, *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere de malis commissis.* Ierem. 3.

Econtra verò si dolor & sensus ac peccatorum pœnitentia ea sit, vt aliquam pusillanimitatem & desperationem causetur; vlterius nō procedat, neu sua secum peccata, sed coram Christo Iesu, qui eadem remittere & condonare paratus est, quique propterea sacrosancta hæc vitæ ac passionis mysteria operatus

est

est intueatur. Quando æger brac
læsum & saucium secum solus
tuetur, fit pusillanimis, & dolet;
quando medico, qui vulnus cur
& vult, & potest, detegente
cit, fiduciam & animum conc
ita quando anima compuncta
sola peccatorum multitudinem
uitatemq; perpendit, animum
dammodo despondet, & timor
concipit; sed vbi eâdem operâ C
stum redemptorem intuetur, q
certò scit ijs posse & velle med
eadem remittendo, victoriamq
illis, & gratiam ad imposterum
tanda concedendo; déque e
hoc modo dolet, Christo cœl
medico eadem repræsentando, e
ex animo dicendo: Hæc sunt pec
ta mea Domine, & mortalia anim
vulnera, hisce medere obsecro. P
teor me, Domine, hæc commis
sed pœnitet, eadem me amasse
teor, sed iam detestor, & velut in
micos horreo; libera me Deus me
& plenam de illis victoriam conc
de. Propterea & naturam meam a
sum-

umpsisti, & in eadem hæc mysteria peratus es, & illa mea fecisti: hæc n pretium & obtentionem huius gratię, quam à te postulo, offero Domine; hoc inquam pacto à Christo delictorum veniam consequetur, & aduersus pusillanimitatem, quæ ex horum cognitione & dolore nascitur, laborabitur: nam contritionem & præteritorum dolorem peccatorum, etiam quam maximè enormium, exercitando, consolationem & fiduciam cum spe veniæ concipit, & ad in virtutis via perseuerandum & proficiendum & numquam eodem redeundum animatur & confortatur. Quæ omnia fidelissimè Deus cum animabus vera contritione ad ipsam reuertentibus agit.

Cap. IX.

De sancto & pio compassionis affectu, quem ex hisce mysterijs colligere debemus.

Vnum alteri compati, est dolorem de dolore alterius &

pœnã de eius pęna cõcipere, ei
ſuis laboribꝰ, luctu & lacrymis
dis comitari. Affectũ huncin h
Chriſti myſteriorũ meditation
ercere debemus, & præſertim
quę aliquid pœnoſum & acerb
noſtri cauſa Chriſtus pertulit,
tinent, qualia ſunt natiuitatis,
cumciſionis, & paſſionis. Hu
go cruciatum, quem in ſacra
corpore ſuo Dominus pertul
mul & triſtitiam & dolorem,
in ſanctiſſima anima ſenſit co
rantes, ſtudere debemus, vt &
tate, &, ſi fieri poteſt, appetitu
tiuo doleamus, & crucie
noſtri cauſa benedictiſſimus D
nus hæc ſubeat & patiatur. E
ipſa caritas, vt ſi proximũ dole
affligi videamus, cõdoleamus,
Rom. 12. hic eſt caritatis actus, vt ait
lus, flere cum flentibus. Ita ſe
Iob 30. confitetur Iob Propheta, Fl
quondam ſuper eo qui afflictus
& compatiebatur anima mea
ri. Si ergo cum omni proximo,
ceſſitate laborãte, hæc facere

tet,
& a
& p
cet r
narra
ipſos
conc
Dei
ram
ctus
tam
cauſa
Rupe
Chri
didi
rius,
& m
mus
gaud
non
A
plici
nem,
crym
ſenſu
fieri
mita

tet, & magis ex animo cũ fratribus & amicis hæc, quãdo quid ijs acerbũ & pœnosum accidit, facimus, & licet res iam pręterita sit, quando eius narrando memoriam refricari, vel ipsos narrantes audimus, dolorem concipimus; quanto hoc potius cum Dei Filio agamus oportet, qui naturam nostram assumendo noster factus est frater, oculis animæ illum tam acerbos cruciatus subire nostri causa & ex amore videntes. Vnde Rupertus: Ita gratia & caritate Christi, qui se nostri ergò morti tradidit, lætari debemus, vt simul interius, quod tali Domino tormentorũ & mortis causa exstiterimus doleamus: nam tali tantoque bono non gaudere, ingratum, & tormentis non condolere, crudele foret. *Lib. 6. de diu. offic. c. 2. & 13.*

Aduertendum autem, hanc supplicium redemptoris compassionem, & cordis atque oculorum lacrymis condolentiam, spiritu & sensu, qui tali mysterio dignus sit, fieri oportere. Mulieribus Ierosolymitanis, Christum cruce onustum

ad montem Caluariæ properan
Luc.23. plorantibus ipse ait: *Filiæ Hier*
nolite flere super me, sed super
ipsas, & filios vestros. Mulieres
quod Christum verum Deum &
minem esse, & sponte illum in c
tum homo, pro mundi peccat
cumbere ignorarent, naturali
ctu illi velut homini sancto, qui
lenter ad mortem rapiebatur, co
patiebantur; mortemque eius v
casum tristem & peracerbum,
homini iusto præter volun
accidit, dolebant; vt lugeri plor
que reliquæ calamitates & fu
casus, homini omninò præter
luntatem contingentes, solent.
scilicet spectauit & Christus,
hasce matronas plorare vetuit,
he nec ad se nec ad passionem la
mæ spectabant, nec ijs ipse indi
bat. At ob impendentium ob pec
ta malorum metũ, propria quo
peccata & filiorum plorare
voluit, vt per pœnitentiam ab ir
diuina, quæ huiusmodi flagell
terminabatur; vindicarent. At

ita penitus eas nō prohibuit patienti sibi cōpati & condolere, sed ne se tam humili sensu, quiq; passione sua adeò indignus sit, plangerent. Quin etiam insignem erga ipsas caritatem ostendit dum flagellorum ipsas quæ diuina iustitia minabatur præmonuit, simulque eiusdem placandæ medium suggessit, delictorum scilicet expiationem : Ac, tametsi iusti supplicio condolere, illiq́ue compati, vti ipsæ Christo faciebant, bonum sit, præcipuè tamen & imprimis ploranda esse delicta, quorū ipsæ parū sollicitæ erant. Propterea magno cum pietatis affectu ipsas illorum quæ maximè conueniebant monuit; simul & nos omnes, quanto compassionis affectu suis supplicijs condolere, ac sacratissimam passionem suam flere debeamus, recognitione scilicet ac fide, illum ipsum scilicet qui patitur, Deum esse & hominem, & sponte gratisque, ex puro erga hominem affectu, ac propter hominum crimina ac culpas, quò ipsos ab ijsdem & æterna dam-

natione liberaret, pati. Docuit in
fideles ad hanc compassionem &
crymas, non ex solo naturali,
spirituali erga patientem Dom
affectu mouẽdos; nec solùm ob
mini supplicia, sed præsertim
peccata, quæ horum causa fue
dolendum ac plorandum. Dom
igitur passionem plorantes e
etiam operâ seipsos fleant, v
peccatis suis illi causa patiendi
rint, simul etiam omniũ homi
crimina, propter quæ hosce cruc
tus Saluator subijt, plangant.

Viso ergo, quàm necessarius
ctus hic compassionis sit affect
quoque sensu exercendus, iam
cumstantias, quę in singulis dolo
sis mysterijs, quo ad hunc affect
excitemur, considerandæ sunt,
deamus. Imprimis igitur ad alte
afflicto patientique condolend
mouemur, quòd is, qui patitur,
bonus, nobilis ac delicat° sit, q
vllo suo maleficio patiatur, nost
amicus sit, quod nostri causa pati
tur, quodque acerbissima & max
ma sup

ma supplicia patiatur. Omnia hæc in Christo Redemptore spectanda sunt; dispiciendum inprimis quis patiatur, videbimus fratrem esse nostrum, eiusdem nobiscum naturæ, nobilissimum etiã iuuenem, regem quoque cœli ac terræ: quantum ad diuinam naturam, Filium Dei viui, quantum ad humanam, benignissimæ Virginis prolem: in omni sua vita humana virum innocentissimũ, fontem pietatis, mansuetudinis & benignitatis erga omnes omnino mortales: quoad sensus verò corporis in quibus patitur, delicatissimum: nam quo corporis humani complexio perfectior, & humores totaque eiusdem harmonia meliorem habent proportionem, eo tactus sensus & viuacior & delicatior, & cuiuscumque pœnæ magis sensitiuus. Et quoniã sacratissimum hoc corpus Spiritus sancti operâ formatum fuit, hinc complexionem & compositionem habuit, quàm vllus vmquam perfectiorem; atque ita tactus sensum penetrantiorem, ac

magis viuidum habuit, quàm hab
nus vllus. proinde minima quæ
punctura maiorem dolorem & c
ciatum in hoc corpore causata
quàm grauissima alio in corp
vulnera. Cùm ergo corpus hoc
delicatum & sensibile fuerit, pœ
rum quas patitur acerbitatem
ac multitudinem consideremus,
has singulis in mysterijs excu
mus. In nascendo, quam graue
puero adeò tenero, & quàm m
mè sentienti, frigus & patulum
diquaque stabulum, & præsepis
rities? In circumcisione, acutis
plaga, quod benedictæ eius car
particulam præcidit, ac deinde fu
in Ægyptum? In reliquo autem v
cursu, asperitas & pœnalitas qua
vbique passus est? Certum est enim
medium vitæ ipsius spatium, eiu
initio ac fini par ac simile fuisse: r
namque diuinæ sapientiæ ordo,
finis ob quem in mundum venit, sc
licet eiusdem per supplicia & dol
res redemptio, postulabat. Cùm e
go in principio ortus, & fine passio-

nis,

nis, quæ Euangelistæ expressè referunt, pœnalitates & rigores videamus, quibus delicatissimum suum corpus exposuit; hinc colligimus, in toto eum sanctissimæ vitæ discursu, eundem quodammodo tenorē seruasse, omne deliciarum in cibo, veste, lecto, reliquisque rebus genus abhorrendo; & multa pœnarum asperitatumque genera, cum communi, quam ipse suscepit vita proportionata, quo omnibus exemplū daret subeundo. Venerat enim pœnitentiam pro peccatis nostris acturus, hæc autem per opera pœnalia fit; venerat vitiorum nostrorum plagas curaturus, hæc autem curantur, dum omnia corporis gaudia deliciæque, quæ peccatorum radix sunt, rescinduntur, & in exercitia virtutum sedulò incumbitur. Cùm autem vitam sacratissimam ad hunc finem direxerit, vt scilicet pro nostris peccatis ageret pœnitentiam, deliciarumque ac voluptatum corporalium odium doceret, simul & amorem ad labores subeundos sug-

gereret; sequitur, vitam eius om
delicijs alieniſſimam fuiſſe, & in
boribus exercitatiſſimam. Hæc q
dem in generali conſiderare de
vitæ eius curſu debemus, quo
iuſdem compaſſionem excitem

In reliquis autem ſacratiſſim
ius paſſionis myſterijs grauiſſim
ſingulorum acerbitatem perpen
re debemus. Ecquæ pœna fuit
carcere ictus, tunſiones, & truſi
ſuſtinere, tot in capite, ac reli
corpore plagas, vt ſæpius in terr
proſterneretur; tot in genis &
ſacratiſſimo alapas? in columna
& tam horrenda virgarum verb
ac flagra excipere, vt totum corp
dilaceratum, vnica duntaxat plag
è toto corpore ſanguinis riuis p
manantibus videretur? in coron
tione, ſpineum pati ſertum, qu
totum ambiuit ac cinxit caput, ac
tiſque aculeis frontem & cerebru
& delicatiſſima tempora ad vſq
oſſa pungeret & penetraret? humer
adeò laceratis & cruentis, exha
ſtoque & defecto corpore, ponde

roſum

rosum & graue crucis, quindenum pedum onus gestare, & cum eodem ad montem properare, vt aliquoties sub eo fatiscens in terram concideret: Ecquæ etiam fuit pœna, quamq; aspera, dum vt crucifigeretur, vestes illi denuo detractæ, & præsertim quando tunica sanguine pelli adhærescens, violenter extracta, vt plagæ omnes quas ante receperat redintegrarentur? Quis fuit dolor, quando nudum & in terra prostratũ in crucem coniecere, & vna manu iam cruci clauo ingenti affixa, aliam, & deinde pedes eò violenter extraxere, sacrum corpus suis è compagibus soluentes, omnia vt ossa numerari potuerint? Quales dolores fuere illi vltimi, quando in cruce sustollenda torum corpus concussum est, omnes manuum pedumque diffractę plagę, & denuo omnia vulnera aperta fuere, & ossa omnia loco mota? Atque ita tribus ipsis horis in aëre suspensus hęsit, nulla vt vel ad momentum quies indulta sit, nulla relaxatio; nam capitis ceruical erat fertum

ſpineum, & pedum ſcabellum cl
à quibus configebantur.

Ponderet item quas hic paſſu
contumelias & infamiam. cum e
natura eſſet Dei Filius, factus eſt
probrium & abiectio hominum,
que vt peccator, & maledictus,
deterior & indignior vita q
Barrabas habitus. Cogitet, ill
hæc pati in ciuitate, qua nulla in
be ſanctitate celebrior, idque
Paſchatis, quando vndiquaque
dæi & Gentiles Ieroſolymam co
fluebant, idque in loco maleficis
putato, medio die, in latronum c
legio & medio, velut illorum an
ſignanus; pati etiam in altum ſubl
tum & coram omnibus denudatum
& à populo, quem vnicè fouebat &
diligebat, & præ alijs maximè ben
fecit: nec in his pœnis eſſe, qui aux
lio & recreationi ſit: amici namq
præ metu tacebant, diſcipuli pauid
ſe ſubducunt, dulciſſima verò mate
præſentia ſua cruciatus augebat. Ité
illum, qui, antè vt Sanctus, Prophe
ta, Meſſias habitus & cultus erat.

Ita

Ita minutim in vnoquoq; mysterio doloroso pœnas & dolores quos Christus passus, considerandi sunt, vt ijsdem compatiamur. Postremò ad hũc affectum eliciendum, pœnarum grauitate ponderata, in se redire hominem oportet, & cogitare se Benignissimo Domino harum pœnarum causam exstitisse: nam eius causa, vtq; illum à peccatis & damnatione æterna liberaret, & in regnum Patris sui aditum illi patefaceret, easdem sustinet.

Cap. XII.

Quomodo compassionis affectus exercendus, interiores Saluatoris nostri dolores considerando.

Gravissimi quidem fuere dolores, qui corpus Domini nostri dilacerarunt, qui simul & totam animæ essentiam, in quantum erat eiusdem corporis forma, excruciarunt: alij tamen dolores immediatè animam eius, quantum ad potentias interiores, & rationem

inferiorem, exagitarunt, atque
multo maiores fuere: quare iu
est, vt & illis in particulari con
leamus. Primaria horum dolor
interiorum causa fuere peccata
minum, tam quæ iam inde à m
exordio facta sunt, quàm quæ ad
que finem patranda sunt: omni
quidem ob oculos habebat, & sa
entissima anima sua peruidebat.
que ita cogitari non potest, qui
graue diuino huic cordi tormen
fuerit, tã infandũ semper, terrib
& triste spectaculum ob oculos h
bere, quale erant omnia delicta
culpæ, quæ in diuinam maiestat
commissæ fuerant, committeba
tur, & committendę erant. Quo me
lius hi dolores intelligantur, adue
tendum est, in primo quo sanctiss
ma illa anima Christi creata fu
puncto, statim illam vidisse diui
essentiam, vti modo videt, vidisse,
inquam, infinitè dignam esse, quam
angeli omnes & homines honorent
& colant, & si fieri posset, infinitam
gloriam, cum illam promereatur,

tribu-

tribuant. Omnem autem illam gloriam, qua diuinitatem dignam esse vidit, omnibus amoris viribus sibi collatis, quæ ineffabiles sunt, sibi desiderabat. Et tametsi commune sit, vt qui clarè Deum vident, & in anima beati sunt, in omnibus etiam animæ, ac corporis potentijs beati sint, adeò vt nullam sentire amplius pœnam aut dolorem queant: in Christo tamen hoc exceptionem toto illo tempore quo in terra vixit, passum est. Vt licet anima, quoad partem superiorem, fuerit beata, & immenso gaudio plena, tamen quoad corpus, & partem sensitiuam animæ, quæ corpus informat, pœnę simul & tormentorum capax fuit: quoad rationem verò inferiorem, quæ res temporales intuetur, tristitiæ & doloris. nam gloria quæ in superiori animæ ratione versabatur, in potentias inferiores non redundabat. Ita porrò id Deus Pater fieri voluit, vt Christus Dominus noster, in quantum homo mundum redimere posset; & sacratissima illa anima id

ma id ita acceptauit & voluit, u
se reciperet pœnas, quas nob
peccatis promerebamur. Quon
igitur sancta illa anima pœna
doloris capax fuit, videbat hinc
uinitatem, quam immenso am
diligebat & cuius gloriam, cult
& obedientiam maximè optab
illinc verò omnia hominum pecc
ta & facta, & quæ in præsentiarum
fiebãt, & ad finem vsque mundi p
tranda erant: cumque illa pecca
innumera forent, singula ipsorum
in magnam diuinitatis iniuriam, &
infinitæ maiestatis contemptum c
dere videbat. Hinc cõtinuus & pe
petuus illi dolor obuersabatur, q
velut immensum pelagus illum o
ruebat; atque adeò magnus & exce
ssiuus, vt quidquid dici concipi
potest, ineffabiliter excedat. Ha
namque dolor ab amore procedeb
bat, & vt amor erga gloriam diuini
tatis erat summus, ita etiã summ
& immensus quem sentiebat era
dolor dum illam ab hominibus tot
peccatis iniuriâ affectam & ludi
brio

brio habitam cerneret.

Quoniam autem peccatum, vti iniuria est Dei, ita etiã animarũ dãnũ ac detrimentũ est, accedebat huc & alia horũ dolorũ causſa, ſc. quod tot animas peccato perijſſe, & ad perpetuas flammas cõdemnatas videret, & alias ad finem vſque ſæculi perdendas & damnandas ſciret. Nam, vt alibi diximus, pro eo quo quis Deum amat amore, amat & proximum; & quoniam anima illa ſacratiſſima ſummè Deum amabat, hinc & ſummè animas amabat; cumque videret illas quas tantopere amabat, in tantum malum & damnum, tam culpæ, quam pœnæ prolabi, & quamuis ſe in infiniti valoris ſacrificium ad eaſdem ſaluandas offerret, hoc illas vti remedio nolle, at mortem vitæ, captiuitatem ſatanæ ac damnationem ſempiternam, adoptioni in filios Dei & gloriæ æternæ præferre; incredibilem inde dolorem concepit. Atque ita peccata gladius illi anceps erãt, quæ vtrimque illi vulnus infligebãt; hinc

In libello de imitatione Dei parag. 28.

hinc quòd Dei sint offensa, illi verò, quod animarum damnum damnatio.

Hi sunt dolores interiores, qu in anima Christi Redemptoris cō derare: & ex illis inprimis hunc c passionis affectum elicere debem dolentes comprimè, viso puriss illam animam, quæ tantoperè m dilexit, tantaq; nobis beneficia qu tulit, nostri causa doloribus satur tam, adeò tristem, & peccator noſtrorum felle, & amaritudine p tatam, vt etiam, antequam in corp satellites sæuirent, tam copiosa sanguinem ipsa eodem eliceret, circumquaque locus nataret. Dauid vbi necis dilectissimi sibi Ionath certior redditus est, magno compa sionis affectu vestes conscidit, & 2. Reg 1. lacrymas prorumpens, ait, *Doleo su per te frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amore mulierum sicut mater amat vnicum filium suū, ita ego te diligebam.* Deinde eiusdem virtutes recensens ait, *Sagitta Iona thæ numquam rediit retrorsum. Sanc*

& Io-

& Ionathas *aquilis velociores, leonibus fortiores.* atque hisce similitudinibus dolorem auxit, simul & luctum. Huc scilicet Dauidem impulit pietas & amor erga Ionatham. atq; idipsum nos docet charitas & amor erga Christum Dominum; vt scilicet, eius passionẽ & circumstantias, quæ dolores eius augent, cogitando, cor præ dolore conscindamus, & maiori cum affectu, quàm Dauid, dicamus: O æterni Patris soboles, frater noster dulcissime, super filios hominum pulcherrime, amoris ac dulcedinis fons, qui totus benignus, mansuetus, & totus amabilis, ô inuicte leo de tribu Iuda, generosissime mortis & inferni victor, cæliq́ue vindex; video te, gloria mea, in hoc monte Caluariæ mortalibus vulneribus saucium, clauis confixũ, lancea transfossum, & sanguine natantem. Diffringatur cor meum Domine, vbi te video tam dirè ac crudeliter habitum, præ compassione lacrymentur oculi mei, vbi te doloribus repletum video.

Hic

Hic fuit semper Sanctorum &
rorum seruorum Christi spiri
considerare scilicet attentè pœ
eius, & præ quodam illarum se
& compassione gemere ac flere,
iam ante in persona Dei ipsius
charias vaticinatus est, aspicien
me *quem confixerunt*: id est, fi
culis contemplabuntur, *& plang*
Zach. 12. *eum planctu quasi super vnigeni*
& dolebunt super eum vt doleri sol
morte primogeniti, & tametsi pri
rium compassionis huius obtine
mediũ sit amor Christi: efficite
hic vt aliena homo mala sentia
propria, atque ita qui magnoe
Christum amore fertur, maximè
compatiatur. huc tamen & alia m
dia conducunt, qualia sunt, cruc
tus Christi velut præsentes, & oc
obiectos, (de quo postea agem
nam hoc documẽtum omnibus hi
ce mysterijs commune est,) intuer
eandem etiam ob causam aliqu
pœnalitates sponte assumere, vel
flagellis in corpus sæuire, gestar
cilicium, brachijs crucis in forma

aper-

apertis orare, frigoris aliquantulũ subire, aut similia. Nam hoc pacto homo ad se ingrediens, ita secum ratiocinatur: si ego peccator æternis dignus cruciatibus, tam exigua, tam penitus sentio, vt vix muscæ punctura ferre queam, quomodo grauissima illa tormenta carnem illam virginalem & corpus tenerrimum, summa gloria & reuerentia dignum cruciarint oportet? Porrò graue minimè videri debet, ad pium hũc cõpassionis affectum eliciendũ, hæcce media adhibere: est enim sanctus, & pretiosissimos in anima deuotionis, suauitatis, meritorum, gratiarum, virtutumque fructus producit. Hinc non immeritò sanctus Bonauentura ait: Quid esse potest fructuosius, aut suauius, quam ex toto corde amarissimæ Domini nostri Iesu Christi Passioni condolere & compati?

In stimulo diuini Amoris.

CA-

CAP. XIII.

De affectu gaudij & consolationis ritualis ex eorum mysteriorum consideratione eliciendo.

D. Thom. 1.2.q 31. a.3. & q.32 a.3.

GAVDIVM est sensus & luntatis effusio, quæ ex v ne & præsentia boni alic conuenientis nascitur: atque hæc nio & præsentia boni cum am tribus fit modis . primò per sol boni memoriam & apprehens vt fit , quando quis gaudet ob re pta iam ante à Deo beneficia, & rei bonæ, quam amat memoria, D inde, ex boni ipsius apprehens & simul spe quam habet ipsum uera consequendi. atque hoc mo gaudet anima bonis sempiter quæ possessuram se sperat. Hoc a gaudium priori maius est, nam q do certa spes est , iam bonum, è q hoc gaudium nascitur , non mo per apprehensionem intellectu verumetiam per potentiam & re lem facultatem, quam à Deo ad bo

num hoc recipiendum accepit, præsens est. Tertia, quæ bonum aliquod præsens est, est, per realem eius præsentiam & possessionem. atque hoc modo imprimis gaudent beati, ob perfectissimam boni infiniti, quod iam clarè & reipsa vident possessionem. Iusti quoque, per realem multorum bonorum spiritualium, quæ à Deo in hac vita recepere, possessionem; præter spem quam habent perfectè Deo in vita sempiterna fruendi.

Gaudium, quod è bonis spiritualibus ac cœlestibus nascitur, bonum est, diciturque in Scriptura gaudium & exultatio Domini; nam à Deo ipso, aut rebus quæ ad ipsum nos dirigunt, aut ad eiusdem gloriam & cultum spectant, capitur. Atque huiusmodi gaudium seruos suos habere vult Deus in hac vita; & huc per Psalmistam eos hortatur, dicens, *Exultate iusti in Domino.* & per Apostolum, *Gaudete in Domino semper.* Sanctum hoc gaudium est vnus ex affectibus quos ex horum mysterio-

Psalm 31.

Philip. 4.

rum

rum consideratione elicere de-
mus. Nec mirum videri debet, si
dem mysteria vno modo cont
plantes, hinc delictorum dolor
& erga patientem Dominum co
passione; alio verò modo, gaud
& exultatione hauriamus. idip
namque & in alijs rebus bonis, q
ad vtrumque materiam sugge
Sulpitius. fieri videmus. Refert Seuerus Sulp
tius, mortuo S. Martino disc
los & multos vicinorum adsc
turam eius conueniſſe; & alios
dem exultaſſe, magna fide & fid
ſummam ſancti viri in cœlo gl
conſiderantes; alios econtra dol
ſe & ingemuiſſe, tãtum virum à
ris ablatum queritantes; alios v
ſuſpenſos & ancipites dolorem
gaudium inter hæſiſſe. hinc tã
gloria viri lacrymari prohibeb
illinc pius in ſanctum præſulem
mor & naturalis affectus lacrym
excutiebat. Cumque inter ſe dis
puli ſapientiores diſceptarent, ga
derene an lugere oporteret, ita tan
inter eos conuenit: Pium & iuſtu

est in morte Martini exultare, ob eiusdem bonum; pium etiam & bonum est, ob damnum & iacturam, quam ea optimus quisque sensit, dolere. Ita & in mysterijs vitę & passionis Christi sensu magis sublimi peragitur: considerando scilicet ea, quoad pœnas, dolores, iniurias, & despectum hominum, quæ altissimus Dei Filius ob delicta nostra pertulit, par est dolorem ac pœnam concipere, Domino, qui hæc nostri causa pertulit cõdolendo, & de peccatis nostris, quæ horum fuere causa, vt declaratum est, dolendo. Verum hæc, quoad perfectiones & virtutes diuinas, in ijs relucentes, & quoad gloriam Dei & vtilitatem hominum, quæ hinc sequitur meditando, sanctum & iustum est, exultare.

Videamus iam, quomodo hic gaudij sit affectus, & quibus ex horũ mysteriorum consideratione rationibus eliciendus. Anima ergo Dei, qui hæc mirabilia operatus est, potentiam, bonitatẽ, & misericordiã,

quæ ita se homini communicare v
luit, quò illum miserijs eriperet,
infinitam eiusdem sapientiam co
siderans, quæ ad hominem salu
dum, talia media adinuenit, De
adeò potentem, bonum & sapie
tem esse gaudet. Quin & gloria
Christi Redemptoris, in quant
homo, contemplans, item sacra
simæ humanitatis cum persona d
uina vnionem, gaudium ite
angelorum in eius ortu, qu
illi Magi Reges exhibeant reuere
tiam, hominum ad eius doc
nam & miracula admiration
plurimorum in eo sequendo fide
resurrectionis gloriam, ascẽsus e
in cœlum maiestatem, & relig
mysteria, in quibus aliqua Chri
gloria relucet, summopere eisde
gaudet. Considerans insuper bo
quæ ex his mysterijs fidelibus om
bus hæc in vtilitatem suam trahe
tibus, vniuersæ Ecclesiæ, atque ad
vniuerso generi humano sequu
scilicet per hæc naturam humanã
ad summam dignitatem euectã

hom

homines à peccato, dæmonis tyrannide, æterna condemnatione, & praua passionum seruitute ereptos, filios Dei & fratres Christi fieri, gratiamque & robur ad bene operandum, & merendum, item Sacramenta, dona, auxilia, & diuinas cõsolationes ad crescendum & suauiter in vita honesta perseuerandum consequi, beatitudinem denique & glorioſam resurrectionem corporum; bonis omnibus, quę tam ipsa quam reliqui omnes Christo seruire volentes, participant, gaudet & exultat.

Præsentissimum quoque considerans rẽmedium, quod in hisce mysterijs aduersus omnia corporis & spiritus sua mala inuenit, modò ipsum consequi velit, quæ sua sunt agendo, vti & peccatorum veniam, pœnarum satisfactionem, aduersus passiones & vulnera sua medelam, in tristicia & mœrore solatium, in pusillanimitate & imbecillitate robur, in tolerandis ritè vitæ huius laboribus patientiam ad eosdem cum

gaudio suscipiendos gratiam rep
rit. Considerans item magnam
certissimam salutis suæ spem, qui
in omnibus hisce mysterijs Deus
immittit, omnia in bonum eius
dinando; tantis talibusque bon
qualia in Christo habet, & diu q
dem exultat, & cor suum gaudio
iubilo spirituali dilatat. Vbi fi
Christi per vniuersum mundum d
fundi ac prædicari cœpit, qui ea
dem suscipiebant, simul cum ead
Act. 8. ingens gaudium & lætitiam me
recipiebant, vti sæpiùs D. Lucas
seruauit. Philippus enim cum Sam
riæ fidem Christi prædicasset, &
maritani eã amplexi esset, ait Fa
est gaudium magnum in illa ciuita
Paulus autem & Barnabas cum A
Act. 13. tiochiæ Pisidiæ prędicassent, ait, A
dientes autem gentes gauisæ sunt,
glorificabãt verbum Domini. & ma
Discipuli quoque (ita namque fi
neophyti tum dicebantur) *replebã*
tur gaudio & Spiritu sancto. Age
autem de Eunucho potente Regi
Act. 8. Aethiopię, qui ad Philippi prędic
tionem

tionem fidem suscepit, ait, *Ibat autem per viam suam gaudens.* Quando lumen solis sub auroram exoritur, omnes lætantur & recreantur creaturæ; nã huius adminiculo naturalia hæc Dei opera contemplantur, & quid quodque ad sui conseruationem opus habeat vident. Fides est spirituale & diuinum lumen, vt Isaias ait, hinc quæ eam recipiunt, animæ, eadem maximopere gaudẽt; nam huius ope hæc Dei opera & supernaturalia mysteria, & quidquid ad salutem & vitam æternam opus est vident. Idem ergo & in mysteriorum vitæ & passionis Christi cõsideratione peragitur; hinc cum fide actuali eadem videt anima, vti diximus, & lumen cœlitus, quò maiori cum claritate eadem contempletur, & maiori sensu excutiat, accipit; gaudet & eorum consideratione recreatur. Patriarchæ & Prophetæ veteres eminus hæc mysteria, fidei oculis præuidentes, interius exultabant; vnde de Abrahamo ait Christus, *Abraham desiderauit videre diẽ meum,* *Isai. 9.* *Ioan. 8.*

meum, vidit & gauisus est. Si
horum mysteriorum considera
bis mille antè annis quàm fier
etiam quando ipsorum fidesim
dimentum & peccati originalis
culum, quod vniuersum genus
manum, à primo parente deri
traduce, vinciebat, nondum pe
auferebat, nec portam cœlorum
ferabat, nec iustis in gloriâ adi
concedebat; tantum tamen me
gaudium ob ingentia, quæ ho
ratione secutura sperabantur, ho
afferebat, quanto maior gaude
nobis erit occasio horum myste
rum consideratio, cùm iam ea
reipsa patrata sunt, ad oculum vi
mus, & iam modò summis illis
mis, quæ Patriarchæ & Proph
adeò desiderarunt, & tam proc
exspectarunt fuimur? Et quoniam
quæ homo in præsentiarum pos
det, etiam quantacumque ea fu
nullum in anima gaudium caus
tur, nisi eadem ipse apprehendat
consideret hæc se possidere: qu
(vt benè D. Thomas aduertit) d
req

1.2. q 32. a. 1.

requirantur, vt aliquod bonum, voluptatem & gaudium in anima excitet, primò boni ipsius consecutio, deinde cognitio eius quod iam quodammodo est consecuta: hinc ad oculum patet, quàm sit necesse, hæcce mysteria ponderare, quo ijsdem gaudeamus & exultemus. quo autẽ diutius & perseuerantius, maioriq; attentione & spiritu eadem considerabimus, eo & maior & excellentior gaudij affectus, quem hinc hauriemus, erit.

Cap. XIV.

Quàm vtile hocce gaudium & exultatio spiritualis sit.

AD beatam autem vitam magni spirituale hoc gaudium, quod ex horum mysteriorũ consideratione oritur, refert. Ita namque fit, vt facilè omnes rerum terrenarum voluptates ac delicias, quæ, vt diximus, vitiorum omnium fomes & nutrimentum anima fugiat & detestetur. Hoc autem gaudio

dio & exultatione ſpirituali inge
ipſa ad domandã voluntatem, fr
gendos appetitus, carnem mort
candam, patienter quidquid pœn
& acerbum eſt tolerandũ, & pron
ptè ac libenter omne virtutum op
exercendum comparat robur. A
que hoc eſt quod Pſalmiſta pet
dicens, *Seruite Domino in lætitia*
Spirituali namque hoc gaudio, om
nis inordinata triſtitia, quæ non o
offenſam in Deum, ſed quodres
iuxta hominis velle ac beneplac
tum, nõ pro honore ac dignitate, n
pro deſiderio atque inclinatione
ſuccedant, vel quòd voluntati eius
contrarientur, aut aduerſa euenia
ſuſcipitur, ab animo pellitur. Triſti
tia hæc, quæ inordinata eſt, quæque
vt ſupra diximus, ingentium malo
rum cauſa, ac de qua Scriptura lo
quitur, dicens, *Triſtitiam longè pelle à te*, per gaudium ſpirituale,
quod ex horum myſteriorum conſi
deratione eruitur, tollitur. Hinc Ia
cobus Apoſtolus: *Triſtatur aliquis veſtrum? oret: æquo animo eſt? pſallat.*

Pſam 99. a.2

Spiritalis gaudij effectus.

p 2. c 10.

Eccl. 30. d 24.

Iacob. 5.

Quid

Quid est orare aut psallere? considerare scilicet mysteria, quæ in oratione per meditationem decurruntur, & in psalmis cantantur; & petere à Deo gratiam, ad tristitiam & aliam quamlibet passionem superandam. Spirituale autem hoc gaudium animam recolligit, & ipsam modestam & circumspectam reddit. exultatio verò vana, quæ à successibus temporalibus, qui ex voto carnis & sanguinis succedunt capitur, hominem distrahit, & ad exteriora effundit, ita vt rideat, superflua loquatur, ludicra, iocularia & curiosa sectetur, vanis se lusibus alijsque recreationibus inordinatis oblectet. atq; huic rei colorē aliquē prima fronte minimè malum quærit, verbi causa, quod ita sibi aut alijs expedire iudicet; vt benè hisce verbis explicat Augustinus: Lætitia vana & inordinata dicit homini, vt quid gaudium intra animum abscōdis? in publicum prodi, teque manifesta. dic aliqua, quibus proximus oblectetur, & rideat, tuisque iocis

Discrimē eius ab exultatione terrena.

De conflictu vitiorum.

illum recrea. Vt autem hic vanæ
ultationis effectus est, ita econ
exultatio & verum spiritus gaudi
quod à rebus diuinis hauritur, ver
trorsum se homo recolligat, verb
que, risus dissolutos, lusus item
vanas recreationes, inutiles crea
rarum consolationes, & curiosa
rerum absurdarum cognitionem fu
giat, & elegantias aut curiositates
quæ nullum commodum, sed distra
ctionem potius adferunt habe
nolit, efficit. Quia enim à Deo di
nisque mysterijs oritur, ipsum p
communicationem cum Deo, mise
ricordiarumque eius considerati
nem conseruare anima nititur. Qua
etiam quoniam experientia nouit a
nima, gaudium hoc spirituale fac
lè per aliquam curiositatem, & ni
mias corporis delicias, per verbum
superfluum ac otiosum, ac denique
libertatem quandam nimiam amit
ti; hinc inordinationes hasce, quas
animæ noxias, & spiritualem tolle
re exultationem nouit, fugere quàm
maximè contendit. Id ipsa docuit

Tollit terrena internam

experi-

experientia, & Bernardus confitetur dicens, delicatum quid est sanctus ille amoris affectus, & spirituale gaudium: quod vel minima occasione violatur & perit. *Serm. 11. in Cant.*

Hugo Lincolniensis in Anglia Episcopus, etsi ratione dignitatis ac muneris varijs occupationibus distineretur, vanas tamen mundi huius delicias, & imprimis consolationes, quæ è iocosis ludicrisq; narrationibus, vel audiendis, vel narrandis captari solent, remis velisq; fugit. Quoniam autem post mensam ac cibum facilius homines huc diuertere, & captare iocos solent, hinc operam imprimis dabat, ne eo præsertim tempore similibus verbis distraheretur. Duas autem ob causas in hanc se rem inuigilare aiebat: primò quò ita serui Dei partes expleret: dein, ne sensualis consolatio & recreatio aliud maioris momenti gaudium, spirituale scilicet, quod orationis tempore, & in recollectione communicare illi solebat, Deus impediret, ne peregrina aliqua *Surius in Nouemb.* Hugo Lincolniensis imitandus.

consolatio impedimento aut dan
no foret diuina contemplanti. Ide
& suos ipse docebat ac monebat, d
cens, Affabiles & hilares nos qu
dem esse oportet, vt & ipse erat, Ia
iuxta cor & faciem sanctorum.

Imprimis ergo hunc gaudij spiri
tualis affectum ex horum mysterio
rum meditatione Dei seruus, omnia
hæc inconuenientia fugiendo erud
oportet, cùm ad cultum & obsequiu
Dei adeò is necessarius sit & vtilis
atque vt talem omnes eum sancti
exercuerint & docuerint. Magnus
Antonius, Dei famulos ad virtutem
& generosè aduersus omnes aduer-
sarij artes depugnandum exstimu-
lans, suadebat, ne quem in cordibus
nimiæ tristitiæ, metui, panicoque
pauori locum darent; sed mentis
gaudium captarent, quod rerum di-
uinarum cõsideratione, Deum ani-
mæ oculis obijciendo, bonorum æ-
ternorum spe, & rerum suarum in
manus diuinas resignatione, haberi
posse asserebat. Addebat autem, vni-
cum & singulare ad hostẽ expugnã-
dum

D Athanasium in vita.

S. Antonius audiendus.

dum esse medium, spiritus gaudium, & continuam Dei memoriam: ita namque omnes tentationes & diaboli fraudes fumi instar euanescere.

Inter cetera quæ fratribus, & omnibus in genere hominibus, qui verè Deo seruire studerent, documenta magno affectu dabat gloriosus Franciscus, erat, vt mentis gaudium interitus semper habere & conseruare contenderent: per hoc enim inertiã, acediam & tristitiam prauam, quæ magnarum culparum occasio est, ab anima fugari. Quando enim spiritus maligni ipsam spirituali hoc gaudio destitutam vident, eam inuadunt, & orationis & rerum bonarum tædiũ, ac nauseam adferunt: at vbi hilarẽ & in Dei lætã obsequio, aggredi nec audent, nec queunt. Quia verò magna esset hominis imbecillitas, monebat, vt si quando quis peccato aliquo lætitiã hanc mentis amisisset, nõ propterea animum desponderet, aut pusillanimis fieret; sed statim eandem recuperare cõtenderet, magno cum dolore

1. p. vitæ c. 16 & lib. 2. c. 49. Et S. Frãciscus.

lore culpam deplorando, & ad co
tionem rerumque diuinarum co
derationem confugiendo, humil
terque à Deo petendo, vt misericor
dia sua hãc sibi exultationem, qua
culpa sua amisit, restituat, co
Psalmographo dicendo: *Redde mi*
lætitiam salutaris tui, id est, viuas
dei, spei, & mysteriorum per salu
tionis meæ considerationes; *& spi*
ritu tuo sancto, magnifico & pote
ti, *confirma* cor meum in bono, n
reincidat & relabatur. His igitur ra
tionibus spiritus gaudium compa
randum: nam vt Seraphicus ille
sãctus aiebat: *puritas animæ fons s*
è quo lætitia spiritus dimanat. pe
orationem autem comparatur. Ac
que vt hisce medijs acquiritur, ita
ijsdem, si amittatur, recuperandum
est. Reliqua, quæ ad sanctum hunc
spiritualis gaudij affectum spectãt,
prosequemur postea, vbi de di
uinis consolationibus
agemus.

Psa. 50. v. 14.

p. 3. c 1, & seqq.

CA

Caput XV.

De imitationis Christi affectu, quem è sacrorum mysteriorum consideratione eruere debemus.

Duae imprimis sũt causæ, ob quas vnigenitus Dei filius in mundum venit, hominẽ induens, & sacra hæc vitæ & passionis mysteria operans? Primò, vt hominem redimeret, pro illius peccato satisfacturus, ac gratiam & gloriam æternã illi promeriturus, vti ipsemet cum Apostolis agens aiebat: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.* Alia aduẽtus eius causa fuit, vt perfectissimũ omnium virtutum hominibus exemplum daret, eoque persuaderet, se vt sequerentur & ad earundem imitationem inuitarentur. Idcirco cum in vltima cœna illum profundissimæ humilitatis actum exercuisset, quando scilicet ante discipulos in genua prostratus suis illorum pedes

Causæ Incarnationis Verbi.

Matt. 20.

pedes manibus abluit, mox illis

Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemad*
dum ego feci vobis, & vos faciatis.
quod tum quidem de illo opere
hoc de omnibus reliquis haud du

1. Pet. 2. intelligi voluit, vti ostendit Apo
stolus dum de Passione Domini
locutus, ait: *Christus passus est pro no*
bis, vobis relinquens exemplum, vt se
quamini vestigia eius, id est imitemi
ni. Etsi autem prima filij Dei in mu
dum aduentus, & assumptæ humanæ
naturæ, causa præcipua sit, ipsa scil
licet redemptio; tamen secunda,
hominibus ratione præditis non
minus necessaria est quàm prima. Vt
enim nobis redemptio per Christum
facta profit, eadem nobis applican
da. hæc autem applicatio in adul
tis fit mediante vitæ & passionis
Christi imitatione, & ipso Sacra
mentorum vsu. Hinc sicut, quamuis
sua nos Christus vita & passione re
demerit, nihil nobis Redemptio pro
futura est, nisi applicetur; ita quam
uis redempti simus, nihil omninò
nobis prosunt omnia, quæ vita ipse

sua

sua ac passione promeruit, nisi in vita ac passione ipsum, quisque pro statu sui conditione, imitemur. Atque hoc est quod Ioannes ait, *Qui dicit se in ipso* Christo *manere*, (id est, se illi vnitum esse eiusque meritorũ vtilitatem velle capere) *debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare*. Percontatur Prosper Aquitanus, quid sit ambulare, vt Christus ambulauit? & respondet, Aliud non esse, quàm in hac vita prospera, & læta contemnere, vti illa ipse contempsit; & aduersa tolerare sicut ipse illa pertulit. Beneficia ingratis conferre, nõ sumere de iniurijs vindictam, non irrogare iniurijs iniuriam, orare pro inimicis, pietatem colere, misericordiam etiam erga peruersos, & non promeritos exercere, ad amicitiam & gratiam pertrahere & inuitare illos, qui ab eadem se sequestrarunt; & vbi redierint, magna eos caritate admittere, deceptores versutos & superbos mansueto corde tolerare, libenter eadem virtutis opera, quæ Saluator exercuit, exercere: alios

1. Ioan. 2.

lib 2. de vita contemp c. 20 Quid ambulare sicut Christus ambulauit.

re: alios denique docere, vt aga
quæ agenda ipse Dominus præc
pſit. Hoc quidem ſanctus ille D
ctor eſſe, ait, ambulare vt Chri
ambulauit. Atque hæc eſt perfe
Chriſti Domini noſtri imitati
quam ex horum myſteriorum co
deratione elicere debemus.

Tametſi autem quos hactenus proſecuti ſumus affectus ad vitam Chriſtianam imprimis neceſſa ſint, omnium tamen primarius, pre cipu' maximeq; neceſſarius eſt ip imitationis. Continet quippe ipſe ſolus amoris Diuini affectum ac re liquos quos enumerauim', ac ſimu omnes virtutum actus, ac proind imitatio non vnicus duntaxat eſt af fectus, verùm omnium Sanctorum affectuum in quibus vita Chriſtiana eiuſque perfectio cõſiſtit, compen dium ac ſumma. Quàm autem ne ceſſaria hæc Chriſti ſit imitatio, quamque ex horum myſteriorum illam conſideratione conueniat eli cere, his verbis egregiè exponit Ma gnus Baſilius: Omne opus & Verbũ Chriſti

Imitatio Chriſti ſumma eſt perfectionis, & ſanctorũ affectuũ.

In conſtitut Mona. c. 2.

Christi Saluatoris, regula nobis est verę pietatis & virtutis, quam exercere debemus. Nam idcircò naturā Dominus humanam assumpsit, vt in seipso, velut in tabula veram omnis Religionis & virtutis imaginem exprimeret, ac velut Prototypon & exemplar perfectissimum nobis anteoculos poneret, omnes vt fideles, viri simul ac feminæ ipsum imitaremur, & quisque pro modulo ac viribus suis, & quantum fieri potest, illi nos conformaremus. Quamobrem, quando Christianus aliquod Christi opus aut verbum narrari audierit, negligenter id ipsum aut obiter minimè nauseat oportet; sed attentè, diligenter ac studiosè meditetur, atque intra animum secum ruminet, donec penetret, beneque intelligendo, aliquem inde fructum educat. Hactenus Basilij verba, quibus quàm doctissimè nos docet, quanti nostra hæc virtutum Christi imitatio interfit: & qua diligentia & studio hic sit fructus ex horum mysteriorum consideratione colligendus.

Etsi

Etsi autem in hac Christi imitatione quædam sint imitanda, quæ præcepti sunt, alia verò quæ consilij maioriſque perfectionis ; studendum est, vt, quæ meliora, Deo gratiora, quæque ad profectum spiritualem magis conducunt, imitemur.

CAP. XVI.

Quomodo ex horum mysteriorum consideratione hic affectus considerationis eliciendus.

VT ex hisce mysterijs sanctos hosce imitationis affectus trahamus, in singulis considerandum oportet virtutes Christi Redemptoris, quæ in ijs elucent, verbi gratia, amorem & obedientiam erga Patrem æternum, caritatem ac misericordiam erga homines, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, pœnitentiam, mortificationem ob delicta nostra, paupertatem quam patitur, abstinentiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, iustitiam, modestiam, puritatem,

tatem, zelum, perseuerantiam, & reliquas. Attentè autem ac maturè singulas nobiscum perpendamus, simul & illarum circumstantias: atq; ita in voluntate affectum erga eandem virtutem magnum & efficax eiusdem exercendæ desiderium ac propositum, simul & vitij contrarij odium ac detestationẽ, & efficacem eius fugiendi voluntatem concipiemus. Verbi gratia, Christi humilitatem considerando, superbiam abominemur, & humilitatem optemus: patientiam & mansuetudinẽ Christi ruminãdo, impatientiam & iram fugiamus, & patientiæ ac mansuetudinis virtutem petamus, atque idem de ceteris esto iudicium. Verum ad affectum imitationis eliciendum, non satis est virtutem ipsam quam in Christo imitari volumus desiderare & amare: neque enim in hoc virtuositas sita est: exempli causa, vt superbus sæpe amet ac desideret humilitatem, non satis est, quod hæcilli placeat, nisi simul sit humilis. impurus quoque & lasciuus castitatem

Desiderare virtutẽ non satis.

stitatem, vt amet & desideret, qui
prodest nisi castus simul sit. Proind
non sufficit ipsum virtutis desid
rium. nam quia virtus pulchra est &
honore digna, & magna tum hui
vitæ tum futuræ commoda adfer
facilè fuerit illam optare & amare
Vnde & sceleratos, qui eam nec ha
bent, nec exercent (vt dictum est)
sæpe contingit, eò quòd pulchra il
lis videatur, eam amare & optare
Quamobrem quæ Christum imitari
vult anima, & veras virtutes habe
re, in his suis desiderijs minimè de
bet subsistere; sed vlterius procede
oportet, ac magno cum desiderio a
ctus & exercitia simul, & media vir
tutum obtinendarum desideret. At
que hęc efficacia actuũ & operatio
num virtutum desideria, ex virtuti
Christi consideratione eliciendа
sunt. In hoc autem virtutis fita est
difficultas, & vera virtuosi tas, vt
scilicet efficaciter quis eam deside
ret, & eandem exercere, & opera
& actus ipsos virtutis executioni
mandare studeat. Quam in rem ne
cesse

Sed exercitia virtutis amplectenda

cesse est, vt qui hæc mysteria meditatur, quæ sint singularum ex meditatione colligendarum virtutum opera & exercitia norit, quò scilicet Christum imitetur. Propterea aliquarum virtutum hic actus referemus, vt hinc de ceteris iudicium fiat. In quam rem mirificè conducet tractatus noster de imitatione B Virginis, in quo singulariũ ac primariarũ virtutum actus, exercitiaque simul & media quibus haberi queant, descripsimus. Hic iam breuiter, quæ sufficiant ad declarandum quomodo è meditatione virtutum Christi imitationis affectum elicere possimus, referemus.

Cap. XVII.

De primariarum virtutum affectibus, & operationibus, in quibus Christum imitari oportet.

Exercitiũ humilitatis.

Actvs & operatio humilitatis est, vt homo se ipse humiliet, ex animo se contemnat, honores, dignitates, & mundi præ-

prærogatiuas despiciat, ac libenter
ignominiam, & opprobria homi
perferat. Dein in hisce myste
Christi humilitatem cogitand
quòd scilicet cum altissimus fore
ita se deiecerit, & vltro se conte
ptui ludibrioque hominum, qu
nulli vnquam fuit irrogatum, expo
fuerit; seipsum despicit, sq
paruũ quid, vilẽ existimat, & exco
de desiderat nemo vt se honore a
ficiat, colat, magnificet aut præ
hominibus prærogatiuis donet
verò ita secum statuit, vt tamet
liqua illi infamia inuratur, ignomi
niaque ab aliquo afficiatur, q
bentissimè eãdem subiturus sit, im
cum silentio toleraturus. quinetia
optat hæc, vt sibi irrogentur, non
liam ob causam, quam vt Christu
imitetur, eique aliquo modo assi
miletur. Hoc scilicet est affectu
humilitatis exercere, aut Christu
in humilitate imitari.

Patientię

Patientiæ actus est, aduersa, pe
nas, dolores, qui in hac vita homi
contingere queunt, verbi gratia, ie
uale

valetudinem, morbos, bonorum aut amicorum iacturam, persecutiones aequanimiter, & animo sereno ferre, ne scilicet nimio quis mœrore propterea conficiatur; quin etiam gratanter eadem accipere, amare, ac desiderare. Deinde considerando, quos Christus dolores in hisce mysterijs pertulerit, & vt eos elegerit, amarit, & nostri causa, vtque Patri æterno obtemperaret ijs se obtulerit, ilicò in voluntate secum statuit & decernit, libenter aduersa quæriret & dolores, qui contingere quæunt, ferre & acceptare; & sibi in particulari ea aduersa ac tristia, eos etiam dolores, quos verosimiliter sibi euenturos putat proponit, æque eadem Dei nomine accepturo, quando immittenda sunt, decernit. Desiderat quoque quas patiatur actoleret, in hac vita pœnas ac dolores, quo Christum Redemptorem suum imitetur, sibi immitti.

Mansuetudinis actus & exercitiũ est, iniurias & vexationes hominum tolerare, nec vindictam deposcere, Mansuetudinis.

non indignari, non præter mod
irasci, non effundere verbaram
rantia, sed sereno quietoque ta
corde. Deinde considerans an
quantas quanto cum silentio in
rias Redemptor, quamque libe
nostri causa tolerarit, optat & p
ponit non irasci, non indignari,
respondere iniuriam inferenti
iratiùs, verum & malefacient
violantemque amare, beneficijs co
lere, Deumque pro eodem depre
cari.

Paupertatis spiritus.

Paupertatis spiritus actus & e
ercitium est, opum in hac vita a
entiam non desiderare, & si forte
liquas habet, easdem contemne
aut parui facere. Si autem Deus v
necessaria non concedat, aut subtra
hat, cõtentum viuere, quin etiam
parte carere rebus necessarijs vel
Dein Christi paupertatem & nud
tatem, quæ in hisce mysterijs eluc
scit considerans, bona tempora
velut vilia & coram Deo sordent
contemnit & ridet; secumque pro
ponit eisdem vel penitus excide
ne Deu

ne Deum hoc nomine vel minimum offendat. Imò & in paupertate reumque plurimarum superfluarum, quin & aliquarum necessariarũ defectu, quantum quidem ipsa vitæ conseruatio & vniuscuiusque status permittit, gaudet viuere.

Abstinentiæ actus est, non plus comedere aut bibere quam necesse Abstinentiæ. est, quin & ex hoc interdum aliquid demere, vt in ieiunij diebus præscribit Ecclesia: non comedere aut bibere delectationis aut saporis gratia, sed quantum ad vitam trahendam necessarium sit: non denique extra præscriptum tempus, non nimis festinárer, neu ex appetitu. Tum in hisce mysterijs considerans Christi abstinentiam, qui panem hordeaceum eumq; perexiguũ comedebat, qui meridianis in ardoribus magna cum defatigatione sæpe vicos & oppida ieiunus peragrabat, cuique in potu fuit fel & acetum porrectum est; decum statuit nullas captare in cibo potuve delicias, sed vilibus cibis contentus viuere, nec eosdem ob

gustum ac saporē ambire, at sol
vt Dei ordinationi, iubentis vt v
vires que ad ei seruiendum cons
uemus, satisfaciat.

Castitatis Castitatis actus est, omnes car
ac sensuum voluptates, quæ in pe
catum vanumve finem tendūt spe
nere, corporis animique integrit
tem diligere: dein in hisce myster
Christi dolores & tormenta con
derans, proponit atque optat effic
citer, flagellis, ieiunijs, cilicijs ali
que asperitatibus carnem dome
quæ sunt castitatis conseruandę m
dia, quin & oculos à pulchritudi
aliena qua delectetur, auertere, &
commercia, lusus, otium, alia
castitati noxia vitare.

Obedientiæ. Actus obedientiæ est, diligen
& promptè maiorum, Patrum, &
niorum & Prælatorum mandata
statuta exequi, & ea relinquere, q
placent, quò statim sine mora sup
riorum voluntatem compleat. De
considerans homo in hisce myst
rijs, Christum Dominum nostr
perfectè mandatis legis diuinæ p

Moy

Moysen latæ, etsi eidem non subijceretur, obediuisse, quin etiam iudicibus etsi iniquis, & carnificibus etsi immitibus; in voluntate proponit, & firmiter statuit obedire maiorib° diligenter omnia licita quæ iniunxerint complere, & illa statim suo tempore, etsi perdifficilia & laboriosa, quò Christum Dominum suũ imitetur, exequi.

Actus caritatis est facere & optare bonum proximo, amicis simul & inimicis, bonis iuxta ac malis, fidelibus & infidelibus. Dein perpendés homo immensam Christi in omnibus hisce mysterijs peragendis caritatem quò omnes homines etsi peccatores & inimicos suos, Patriq́ue æterno ingratissimos redimeret, efficaciter, omnibus benefacere, quãtum potuerit, tum facultatibus, tum per se ipsum, desiderat corporis simul & animæ necessitatibus omniũ pro viribus succurrendo. quod autẽ proximo ipse facere bonum non potest, optat, vt alijs id medijs Deus illi conferat, omnes scilicet homi-

Caritatis.

nes ad se conuertendo, omnes
uando, & omnia conuenientia h
in finem illis dando.

Hæ sunt operationes & actu
tutum, in horum mysteriorum c
sideratione voluntate exercend
quò virtutum Christi Iesu perfec
simam hinc imitationem haur
mus. Notandum autem, ita hos
tutum actus & affectus virtutu
ciendos esse, ne corpus quis aut a
mam obruat violenter, nec a
ipsarũ aut proposita distincta mu
plicet: sed ita Christi virtutes per
dat, maturè excutiat inspiciatque
seipsum excitet, & ad harũ amore
desideriumque voluntatem mou
intellectu autem harum actus &
ercitia proponente, voluntas inc
datur, & in earum amorem infla
metur, secumque easdem exerce
proponat. Atque ita fiet, vt vitio
contrariorum, verbi causa, supe
biæ, iræ, gulæ, concupiscentiæ, re
quorumque passiones mitigentur,
sopiantur, sanctique econtra hum
liandi sui, tolerandi, abstinend
con

Violentia in meditando nõ adhibenda.

continendi, colendæ benignitatis, proque Deo patiendi, &c. affectus producantur. Sicut terra aquæ pluuiæque indiga, & fructus pro natura sua ferre desiderans, cœlum intuetur, & rorem, pluuias, & influentias solis recipit, quibus paulatim fœcundatur, & post menses aliquot varios proferat fructus: ita anima intellectu virtutes, in his Christi mysterijs eluceſcentes respiciens, idque sæpius, à Christo gratiarum & auxiliorum diuinorum influxus atque imbres, ac desideriorum & affectuum sanctorum rorem recipit, quæ tacitè sensimque in voluntate imbibuntur, eamque fœcundant, & post tempus aliquod, quod imitandi Christi & desiderio, sancto huic exercitio anima impendit, plenam se virtutibus meritisque opulentam reperit, idque per multos interiores virtutum actus, quos in oratione & horum mysteriorum consideratione, practicarit. Simile.

CAPVT XVIII.

De mysterio quodam admirabili, qu in vita Christi Domini nostri cu derandum est. scilicet, vitam e etsi quoad exteriora multùm in communi hominum vita fuerit s milis, summo tamen in gradu pe fectißimam fuisse.

DVOBVS modis virtutis bo næque vitæ perfectio cen deratur. primò quoad int riora, id est, quoad caritatē puritatemq; cordis, qua bona opera fiun atque ita certum est, vitam quam Christus in quantum homo in terra egit, suo modo infinities perfectiorem fuisse, quàm omnium Sanctorum vitam; eò quòd gratia in genere gratiæ infinita, caritate & puritate actuali in summo perfectionis gradu operaretur. atque ita quale cumque eius opus, verbi gratia ac cessus, diuisio panis, &c. maioris erat perfectionis, quàm omnium Confessorum pœnitentiæ, & Martyrum

tyrum victoriæ. Alia, qua vitæ operumque bonorum perfectio considerari potest ratio, est, quoad exteriora. Atque hoc modo dubitare quis ex ignorantia possit, num in aliquibus virtutis operibus Saluatoris vita minus fuerit perfecta, quàm aliquorum Sanctorum. Videmus enim Christum Redemptorem sæpe panem, carnem, alioſque communes cibos comedisse, & interdum etiam vinum bibisse, cum tamen multi Sanctorum tota vita nunquã quid huiusmodi gustarint, herbis similibusque victitantes, vinum cereuisiamque ignorantes, sed frigidam semper potantes, quemadmodum Ioannes Baptista, qui nonnisi locustas & mel siluestre comedit, numquam vinum, sed aquam assiduò bibit. Et Iacobus Minor, qui, teste D. Hieronymo, iã inde à primis annis, carnẽ aut vinum nõ gustauit. Macarius Alexandrinus, referente Palladio, maxima vitæ parte præter herbas crudas, nihil comedit. Iulianus Monachus, vt tradit Theodoretus,

Matth. 3. lib. de viris illust.

In Lausiaca.

nonnisi semel in Hebdomada
In histor. Religios. hordeaceum, eumque modic
comedit, atque alij sancti plur
Videmus adhæc Christum Red
ptorem, lanea aut linea fuisse v
pro more patriæ, & qualis vulg
vsu apud æquales erat, etsi vil
secundaria, vt post videbimus
dutum. Constat tamen pluri
Sanctorum numquam pannum
linteum induisse, sed aspera cili
vt idem ipse Baptista, qui, test
Marc 3. Marco, cilicio è pilis Camel
confecto vtebatur & exuuijs
malium lumbos cingebat; & s
Hist. Religc. 4. & 10. ctissimi Monachi Eusebius & The
dosius, vt refert Theodoretus, fer
totum corpus cooperti erant tu
ea, tam aspero noctu diuq; carne
edomantes cilicio. Christus ite
inter homines & in oppidis agebo
& priuatorũ domus ac tectũ cibu
sumpturus subibat, & cum alijs
gebat: multi autem Sanctorum, t
tam vitam in solitudine & deser
tecto domoque carentes, & sine v
lo refrigerio humano trãsegere. Vt

Ioan-

Ioannes Baptista, qui vt tradit Lucas *Luc. 1.* à pueritia ad annum vsque tricesimum, quo se manifestauit in eremo est commoratus; & sancti Monachi illi Ioannes & Capito, quorum, vt *in Lausiaca.* scribit Palladius, vnus triginta annos cellæ inclusus hæsit, alius quinquaginta intra speluncam latuit nũquam eadem egrediens; ac celebres ascetæ Acepsemas & Iacobus, vt narrat Theodoretus, quorum ille *c. 15 & 21* sexaginta annos in solitudine absq; omni hominum commercio egit, cum solo Deo conuersatus, legumina paucula in cibum sumens; hic autem in monte sine vllo domicilio noctu diuque assiduè Deum orans, pluuiæ & frigori expositus sub dio vixit, vt sæpe ad dies multos niue coopertus ageret. Vt taceã alios innumeros, qui eandem, quin & maiorem vitæ asperitatem sectati sunt. Cùm ex his igitur exemplis manifestum sit, Sapientissimum Dominum non semper eundem vitæ rigorem seruasse, vt multi Sanctorum fecêre, sed sæpe secundùm vulgarem agendi mo-

di morem, ad licita descendisse; consolationem & documentum omnium, declarare par est, qui fieri queat, vitam Saluatoris, non modo quoad interiora, vt diximus, sed etiam quoad exteriora sine vlla comparatione perfectiorem, quam reliquorum Sanctorum, fuisse. Vt hoc mysterium intelligatur, notandum est, quædam ex operibus virtutum esse, quæ ex se sancta sunt, & bona, & in quibus essentia ac substantia virtutum consistat; verbi causa, in humilitate, purè Deo gloriam dare: in patientia, libenter pœnas subire: in caritate, ex corde bonum proximo optare: in paupertate, ex animo bona omnia tẽporalia aspernari. In his virtutum operibus certum est, quò quis illorum plus habet, eò & virtutẽ maiorem & perfectiorẽ esse, quò quis puriùs Deo dat gloriam, eò maiorem habere humilitatem: quo libentius tolerat & sustinet, maiorem patientiam; quò magis bonum proximi propter Deum quærit, maiorem eius esse caritatẽ, atque

Cassian. collat. 1. c. 7.

D. Thom. 2 2. q. 184 a. 3. & cõtra gen. lib. 3. c. 130.

Virtutum opera duplicis generis sunt.

atque ita de reliquis. Alia autem esse virtutis opera, in quibus eiusdē quidē essentia ac substantia nō cōsistat, sed tantū sunt media ad easdē virtutes aut obtinendas, aut exercendas: vtsūt ieiunia extraordinaria, disciplinæ, cilicia, solitudo, paupertas exterior, aliæque asperitates: quæ tametsi insignis meriti sint & valoris, non sunt tamen primariæ virtutis operationes; sed (adiuuante Dei gratia) maxima & præsentissima ad omnes virtutes comparandas auxilia. Hinc sequitur quoque, hæc opera, eò esse meliora, quò magis ad virtutem & statum ac bonum cuiusque finem conducunt. Si vir nobilis honestè induatur quò priuatus viuat, quo vestis eius pauperior atque humilior, eò etiā melior, quò ad virtutem magis conducat: verū si vrbis alicuius præfectus cōstituatur, tunc melius minimè fuerit vilem illum vestem induere, at satius, honestam, pro dignitate officioque sumere. Si Clericus priuatam habeat mensam domi solus comedens maioris virtutis

Simile.

tutis fuerit pane oleribusque vi
tare, modò id ad vitæ sustentatio
sufficiat, quòd maioris id sit abs
nentiæ argumentum: at si Præla
ad cœnam inuitarit, multo mel
fuerit, alios in mensam cibos infe
re, ex ijsque cum conuiua come
re, quod hoc caritati sit confo
mius.

Hisce præsuppositis manifestu
est, omnem Christi vitam, & omn
exteriora virtutũ eius opera in sum
mo perfectionis gradu perfectis
ma fuisse: fuere quippe ad finem re
demptionis & animarum salute
conuenientissima, maximeque pro
portionata. Cùm enim ipse regul
ac norma videndi omnibus homi
bus fuerit, par erat viuere illum vi
tam, in qua omnes omnium ordi
ac cõditionis homines, qui salute
quærebant, quod imitarentur, habe
re possent, in eaque consolationem
& fiduciam inuenirent. Si Domin
vitam omnem in deserto egisset,
inuenissent quidem eremitæ quod
imitarentur, non verò oppidorum

incol

incolæ & ciues. si numquam communes cibos comedisset, sed semper ieiunasset, ac legumina comedisset, inuenirent, quod imitarentur rigidi pœnitentiæ sectatores, fuissetque id imbecillibus, qui hanc sequi vitam nequeunt, tristitiæ ac pusillanimitatis occasio. Quamobrem satius fuit, ad omnium animarum profectum & vtilitatem, vitam vixisse qualem vixit, è varijs scilicet exemplis, quæ ad omnes status pertinent, atque ex omnigenis virtutibus, quas omnes, qui earundem studiosi sunt, aliquo modo imitari possent, diuinitus cõtextam. Cùm autem primaria eius intentio foret, homines saluare, par fuit inter ipsos illum docendi & ad se pertrahendi gratia, agere, & ab ipsis, quò perfectissima virtutum, quæ inter ipsos operabatur opera, & imprimis caritatem, misericordiam, & benignitatem quam erga omnes declarabat coram conspicerent, videri. cùm autem inter homines versari, cum ijsque agere illum oporteret, par fuit, vt vnà cũ rigidæ pœni-

pœnitentiæ, paupertatis, aſperi-
tiſque vitæ exemplis, quæ eorum
pacibus dabat, etiam in habitat-
ne, cibo, potu, veſte, rebus comm-
nibus, quas licitè homines vſurp-
ſæpius vteretur, quò hoc pacto
mnibus gratior foret & accepti-
& imbecillioribus, magniſque pec-
catoribus etiam animum daret &
duciam. vt hinc ſcilicet intellige-
rent, cùm adeò ſe omnibus famili-
rem exhiberet, & in ijs quæ licit-
ſunt & fieri haberiſque poſſunt, om-
nibus ſe aſſimilaret, illum ſe imit-
ri, ſequi, ac per ipſum ſaluari poſſ-
Atque hinc de eodem redempto-
Heb. 2. Paulus ait: *Vnde debuit per omni-*
fratribus ſimilari; non modò quoad
naturam, verumetiam dolores, a-
viuendi & cum hominibus conue-
ſandi modum, quò ſaltem & mi-
ſericordiam erga omnes
operaretur.

Cap. XIX.

In qua similitudine à sacra Scriptura desumpta declaratur, quòd, cum omnibus in rebus perfectissima vita Christi fuerit, ita tamen eam ipse temperarit, omnes vt eam imitari potuerint.

Habet eam sacra Scriptura virtutem & admirabilem gratiam, vti benè notãt Sancti, vt infirmis & paruulis facilis sit & lactis instar blanda, q; in eadem omnia ad salutem necessaria facilè reperiant & intelligant, magnaque ab eadem suauitate attrahantur & inuitentur. Fortibus autem & perfectis difficillima sit, immensum mysteriorum pelagus, & incomprehensibilis sapientię profunditas. Vt, quod sanctus Augustinus ait, hic vsu venire comperiatur; scilicet fideles ea, quæ ad benè viuendum & salutẽ comparandam necessaria sunt, statim in eadem reperire: eos verò, qui vlterius in eiusdem intellectu procedere voluerint, postquam iam inde à

Sacra Scriptura aliã se præbet paruulis, aliam exercitatis.

Epist. 3. ad Volusianum, & lib. 2. de doctrina Christi.

de à prima adoleſcentia ad v
vltimã ſenectutem in eiuſdem
dio ſe exercuerint, viri & acu
mo ingenio & diſcendi ardore in
fatigabili, cùm iam ad perfect
eius peruenisſe videntur, tum
mum incipere, & tyrones se in
esſe cenſere. Præter facilitatem
& ſimplicitatem, quam Scrip
habet pro prioribus, & difficul
ac tenebras, quas alij hic offend
eſt inſtar menſæ cuiuſdam cœle
omnibus virtutum, quæ optari
ant ferculis inſtructæ; ac velut

Omnes inſtruit.

mamentarium, omni armorum
nere, & remedijs aduerſus om
vitia & tentationes inſtructiſſim
Docet enim omnium ſtatuum
res, docet quid quiſque iuxta voc
tionem, officium, ac vitæ ration
ſuam agere debeat. Docet quid
ditos, quid prouinciarum rect
quid orbis Senatores, quid mu
Reges ac Imperatores, tam qu
vitam propriam, quàm rerum p
licarum adminiſtrationẽ facere
porteat. Atq; ita docet quid om

ordi

ordinum & nationum hominibus incumbat, quibus non naturam, non ſtatum, non ſublimem humilemque conditionem, ſed malitiam duntaxat, & quod prauum eſt aufert, vt ſcilicet ſanctè quiſque vitam iuxta naturæ, ſtatus & officij præſcriptum inſtituat.

Cùm autem in Scriptura, quæ Dei verbum eſt, omnibus omninò hominibus publicè propoſitum hoc reperiatur, magis conſentaneum fuerit, vtid in Chriſti Domini, qui æterni Patris Verbum, Scripturæ finis, Euangelium viuum, quiq; nobis in exemplum & omnibus mundi nationibus & ſtatibus in Prototypō propoſitus eſt, vita habeatur. Quamobrem & in Domini Saluatoris vita eadem virtus & admirabilis gratia reperitur, vt in ea omnes omninò mortales inueniant perfectiſſimum omniū quibus opus habent, virtutū ad ſalutē neceſſariarū exemplū, earumque actus & exercitia, quæ ſunt præcepti, & in quibus virtus eſſentialiter conſiſtit, verbi gratia humilitatis,

Sic & Chriſtus Dominus,

litatis, manſuetudinis, patie-
caſtitatis, iuſtitię, fortitudinis,
perantiæ, miſericordiæ, cari-
&c. contemplentur. Has, quot
omnibus neceſſariæ & conue-
tes ſunt, omnes in Chriſto, modi
tæ eius, ac paſſionis myſteria e
uant, idque in ſummo perfecti
gradu, & varia ſingularum exem
vti ante, de affectibus imitation
gendo declarauimus reperiũt. A
autem & exercitia virtutum,
præcepti non ſunt, nec omnibu
ceſſaria, niſi quod media ſint &
xilia, quibus virtutes earumque
fectio comparentur, qualia ſun
litudo, ciborum communium a
nentia, ieiunia extraordinaria,
nitentiæ rigores, nuditas & exte
bonorum inopia, vti ante dixim
in vita Chriſti, iuxta ſuam qui
capacitatem & ſtatum reperit.
miores, nec extraordinaria fect
tes, ſed vita communi contenti,
eadem reperiunt, ſe legem divin
& Eccleſiæ præcepta ſeruando, e
iam communes comedendo ci
&

Viuentes vitam cõmunem.

& cum alijs conuersando, salutem consequi posse. Christus namq; inter homines commorando, cumq; ijs agendo, & vulgares comedendo cibos, hanc vitæ rationem suo exemplo approbauit, consolationemque ac spem salutis idem facientibus dedit, etiamsi vlterius non progrediatur, modò in reliquis fideliter ea quæ seruare tenentur, compleant.

Qui ad altiora, vitamque perfectiorem vocati sunt, in Christi etiam vita ratione quadam singulari, quæ sibi opus sunt, reperiunt. Monachi & Anachoretæ vitæ solitariæ dediti admirabile pro se hic exemplum habent, vbi quadraginta illum continuò dies in solitudine solum, sine vllo mortalium commercio egisse; & postquam iam prædicationem incepit, post diurnas fatigationes & labores, noctu ad montes cõcessisse à discipulis sequestratum, & integras noctes orando vigilẽ transegisse vident. Quòd autem à pueritia ad vsque annum tricesimum, quo se ma-

Monachos & Anachoretas. *Matth.* 4. *Mar.* 1. *Luc.* 4. *Mar* 6. *Luc.* 6. & 21 *Ioan* 6.

se manifestare Israeli cœpit, vita solitariam in eremo, Ioannis Bapt stæ exemplo non duxerit, maior virtutis exercendæ gratiâ id fact Maior namque haud dubiè vir fuit humilitas, obedientiaque qua in oppido Virgini Iosephoque ob temperando, virtutesque & grati occultando, & ab alijs contempt exercuit, quàm vita solitaria fuiss ac magis opus fuit mundo, vitã humilitatis & obedientiæ exempl superbia & propria voluntas cura retur, quàm vt maiori solitarijs e emplo fuisset solitariam vitam s ctando.

Ieiunijs extraordinarijs deditos.

Qui ad aspera & extraordinaria ieiunia vires habent, hic quod ma tentur inueniunt; nullum quippe e se potest ieiunium strictius, quàm X L. ipsos dies sine vllo cibo potu traducere. qui abstinentiam colunt, pauciscque contenti viuunt, nec de licatiora sectantur, sed viliora, & quibus interdum quod comedant non suppetit, hic item suum exemplum habent. hic siquidem Regem glo-

gloriæ, quando cum suis comedebat discipulis, hordeaceum comedere videbunt panem, eumque adeò exiguum, vt nõnisi quinque panes hordeaceos & duos piscículos vespere ipse ac duodecim discipuli post diurnas fatigationes haberent, & in totum sola suppeteret aqua. Quemadmodũ in miraculo illo quinq; panum euidenter apparet; nam Dominus, vt refert Marcus, impedientibus eum turbis, quæ ad ipsum vndiquaque confluebant, cum die tota cibi sumendi tempus occasionem ve non habuisset, circa vesperam cum discipulis in desertum se contulit, & in commeatum omnium nonnisi quinque illi panes & duo pisciculi supperebant, è quibus postmodum multiplicatio illa admirabilis facta. Cũ autem vinum nõ multiplicarit, nec ipsum discumbentibus dederit, euidens est, id minimè suppetijsse: certum est enim Apostolos, id ad manũ non habuisse, cum ipsum discumbẽtibus non propinarint. Quin & cibus ille dimensus & secundarius interdum

Marc. 6.

terdum etiam illis deerat, ita sci
cet disponente Domino, quò ab
nentiam paupertatemque amp
exercerent: exemplo sint Apos
Matth.12. tritici spicas per viam carpen
Mar.2. easdemq; in cibum purgantes, q
fame pressos illos fecisse Euang
stæ referunt. Hæc autem fames
erat, vt cùm factum hoc carpe
Pharisæi, ipsos Dominus excus
necessitate illos à Sabbathi ob
uatione excusari, quemadmod
Dauidem eiusque comites oli
panibus propositionis comede
asserens. Interdum etiam, quòd
menta deessent, nec à quoquam
uitarentur, extremam famem pa
bantur, & nonnisi post vesperam
fectionem sumebant. vnde Mar
ait, Dominũ cum in festo Palm
in templo ad vsq; vesperam doc
set, circumspexisse & vidisse,
Mar 11. postquam vidisset Ierosolyma B
thaniã noctis sub crepusculum p
tijsse. videbat autem & circum
Gloss ibid. ciebat, vt ait Glossa, num à quopia
inuitaretur: cumque à nomine se

uitari cerneret, quod ferum esset, in Bethaniam sumpturus cibum se cō-tulit. Si autem hoc eo factum die, quo tanto cum plausu & veneratio-ne exceptus est, quid alijs factum diebus putamus? Ecquæ autē maior esse potuit abstinentia, quàm qualē in passione exercuit, quando sc. cùm ad vsq; vesperam ieiunus ageret, & sitivehementissima torquetur, felle ac aceto ieiunium soluit?

Insignes item sanctæ paupertatis & omnium rerum contemptus amatores in vita Christi clarissima extremæ paupertatis exempla reperient. videbunt inquam filium regis, & ipsum cœlorum ac terræ regem in vili nasci stabulo. Visum quidem hactenus, aliquos in Pastoritijs natos casis ad regnum euectos esse; verum Regis filium & tantum Regem tantā in paupertate nasci, hactenus nec visum est, nec videbitur vnquā. Toto quoque vitæ tempore, domo caruit, & supellectile, & facultatibus, vt & ipse significabat, dum ait, *Vulpes foueas habent, & aues ni-*

Sanctæ Paupertatis Sectatores.

Matth. 8. Luc. 9.

dos, Filius autem hominis non h
vbi reclinet caput suum. Quis v
in mundo adeò fuit pauper, qui
vitæ tempore nihil haberet, aut
reditate, aut aliorum donatione,
alia ratione ad se deuolutum,
Christus Redemptor noster? qui
quam aliqua habuit, nec poss
bona, sed solas, quas à pijs ad vi
suam suorumque sustentandam
cipiebat, eleemosynas: atque
mox vt à sancto Iosepho nutr
suo se sequestrauit, & prædicare
edere miracula cœpit, præter el
mosynas nihil habebat. Hinc ab
petentibus publicanis didrach
Matth 17. cùm quod daret, non supperet,
trum ad mare misit, vt stateremq
in pisce capto reperiret, in trib
solueret. In quæ verba D. Hiero
mus ait, Exemplo nobis est & z
cationi, tanta Domini nostri p
pertas, vt, quò, pro se suisque trib
tum penderet, non haberet. Et ver
simile fit, eum, qui Apostolos
prædicandum mittens aurum &
gentum in zona habere illos vet

in se primò illud exactè seruasse. Ac proinde, vti pauper fuit circa domũ & cibum, ita etiam quoad vestem; nam etsi vestis eius, vti diximus, è lana aut lino, more aliorum, contexta esset, tamẽ vilis & secundaria erat. Atque hoc Euangelistam significare voluisse, docet Chrysostomus, dicentem, vestem Domini desuper fuisse contextam *per totum*, sine vlla parte & sutura: atque hoc loquendi modo illius vilitatem exprimere voluisse: nam vti in reliquis, ita & in veste insignem paupertatem ostẽdit. Si autẽ quam in morte ostendit inueri velimus paupertatem, quis poterit imitari? cùm qui vestit singula, & dat esse omnibus, totus vndequaque saucius, palam nudus emoriatur. *Hom. 84. in Ioan. c. 19.* *Taulerus de Passione c. 39.*

Qui ad carnem mortificandam, & in Dei amore & omnigena virtute crescendum, graui pœnitentia & asperitatibus sese macerant, incomparabile hic exemplum, quod imitentur reperient. Inspician scilicet duritiem ac frigus præsepis, asperi- Omni mortificationi & asperitati intendẽtes.

tatem ac rigorem deserti, immen
passionis tormenta & opprobria,
quos assiduò, ex omnium homin
quæ semper ob oculos habebat so
leribus, sentiebat dolores. Hinc so
licet perspicient, quàm omnis vi
Christi ab omnibus delicijs & co
solatione terrena aliena fuerit, qu
que omni asperitate ac pœnalit
riori & exteriori plena. Nam et
quod de tanti rigoris exemplis E
angelistæ narrarunt, facilè colli
re licet, quid in reliquis vitæ e
quos tacuere, actibus factum
Tametsi autem par fuerit, vt n
semper eundem vbique asperit
exterioris tenorem modumque se
uaret, quò omnibus hominum ord
nibus exemplo foret, vti dixim
certum tamen etiam est, omnem
tam Domini, quod infinitâ dire
esset sapiétiâ, magnam inter se pr
portionem & consonantiam habo
isse, vt intermedia & pòst secut
præsepis duritiei, prologo & fact
tissimæ passionis fini & epilogo re
spóderet. Inter ceteras autem asp

Nudipedes.

rit

ritates, & hanc in eo nota, quòd semper nudipes incesserit, vel, vt nõ nemo sentit, sandalijs insistens, vt suprema saltem pedum pars nuda pateret; quod sanè corpori delicatissimo, & tempore brumali, durissimum fuit: Confirmat id, inter cetera testimonia, ipse ore suo Dominus, dum Apostolos ad prædicandum missos hoc modo incedere voluit, dicens. *Nihil tuleritis in via, neque calceamenta.* etsi sandalia eos gestare, quibus infima pedum tegerentur, permiserit. Quoniam autem prudentissimus magister prius agere quàm dicere solet, verisimile fit, nudipedem illum fuisse, aut solis sandalijs pedes texisse. Obseruat id Hieronymus ad Eustochium hoc modo scribens: Misit Christus ad prædicandum discipulos nudipedes; & sanè ipse calceos gestasse non debuit, cùm seruos suos eosdem gestare vetuerit. Cùm igitur rem tam asperam ac duram Euãgelistæ silentio inuoluerint, certum est, & alia magnæ pœnitentiæ opera, quibus

Matth. 10. Marc. 6.

pro peccatis nostris Dominus
fecit, piæ fidelium contempla
eadem relinquentes, tacuisse.

CAPVT XX.

In quo eadem sacræ Scriptura
vita Christi Redemptoris sim
do deducitur.

EX ijs quæ iam comemmo
sunt, euidentissimè con
vitam Redemptoris Chr
magnam cum sacra Scriptura h
re conuenientiam: quòd scil
hinc tam sublimes virtutes, v
nitis partibus omne id ad quod
tingere homo queat, excedant,
tineat, omniaque exercitia, quæ
ximè ad virtutes conducunt,
magni eximijque sanctii imitari
sunt, admodum singularia com
hendat: illinc verò communi
beat, quæ iusti omnes etiam ma
imbecilles & omnium statum
mitari queant: Ac proinde in
hic bonitas & sapientia Chri
luceſcit, quòd vitam omnibus

lem conuenientemque duxerit, vt omnes omninò in eadem exemplum, remedium, spem, solatiumque reperiant, quo suo quisque statui & officio debitè satisfaciat. Reges siquidem hic salutis spem inueniunt, si modò status sui regulas obseruent: Christus namque rex fuit. Item potentes & iudices terræ, cùm ipse cœlo terraque fuerit potentissimus, & vniuersalis viuorum ac mortuorum iudex: diuites quoque si diuitijs rectè vtantur, pauperibus succurrendo. nam Christus, quoad potentiam & auctoritatẽ, omnium diuitiarum mundi fuit Dominus. pauperes & afflicti hic consolationem & spem inueniunt: nam ipse cùm dives esset, sponte & vltro factus est pauper, suaque vita omnes, quæ ob virtutem suscipiuntur pœnas ac tribulationes consecrauit. Item qui officia exercent humilia, mechanici, opifices, serui & famuli singulare in ipso solatium reperiũt, cùm enim esset altissimus, ad ministrandum, obediendum, suisque ma-

Christi vita, lux & solatiũ omnibus.

nibus sancto Iosepho succurré[re] se humiliauit. O sacratissima Chri[sti] sti in carne mortali vita! facilè [pa]ruit, vitam esse eius, qui cum h[o]mo esset, verè simul erat Deus, vtq[ue] tè cum sapientissimè se omnibus a[c]commodando conformandoq[ue] quo omnibus remedium & salute[m] afferret, venerit.

Notanda est insuper & alia quædam diuina, magniq; mysterij conditio, in qua Christi vita diuinæ Scripturæ persimilis fuit: nempe quòd quamuis ineffabili & cœlesti sapientia simul & solatio, ac suauitate diuina plenissima sit, nó tamen benè hanc sapientiam percipiant, nec consolationem persentiant, nisi qui de diuino spiritu, quo scripta & reuelata fuit participant: qui verò hunc spiritum copiosè participant, hi altissima Scripturæ mysteria penetrant, & quam maximè eadem degustant. hi sunt, qui attentè sacras litteras legendo, in ijsdem immensum sapientiæ ac suauitatis pelagus detegunt. Ad eundem modum; enim

Sed non nisi Spiritū Christi habentibus.

vita

vita & Passio Christi Domini altissimis mysterijs & vitę æternæ exemplis, omni hominum statui & cōditioni cōuenientissimis, gratiamque & ineffabilem virtutē, pulchritudinem, spem & diuinā consolationem spirantibus referta sit; hæc nemo tamen nisi qui eundē spiritū & sensum Christi participant, quiq; corde & affectu cordi & affectui Christi Domini cōformes & pares sunt, degustant aut sentiūt. Superbi enim & ambitiosi vanorum mundi honorum amatores, auari, & auidi diuitiarum corrogatores, deliciarum ac voluptatum carnalium sectatores, vindictæque cupidi, nec spiritum Christi habentes summam puritatē, pulchritudinemque vitæ Christi, non percipiunt, nec ineffabilem eiusdem suauitatem gustant. vita namque & Passio Christi condemnat ea, quæ ipsi amant & sapiunt, docetque econtra, ea quæ abhorrēt. at humiles, mansueti, misericordes, mortificati, & patientiâ in cruce tribulationis exercitati, spiritum

Christi habentes, hæc Christi
steria considerando eorũdem m
statem, gratiam, admirabilem v
tem, summam pulchritudinem
perfectionem, quæ in ijsdem rei
det, vident, ac persentiunt, &
gno cum affectu ineffabilem eo
suauitatem deguſtant; illisque
uissimè humilitas, paupertas, m
suetudo, & tota crux Christi sa
quoq; hæc maiori cum humili
contemptu, paupertate, derelic
ne, verecundia, & dolore con
rant, tanto illis eadem dulcius
piunt, atque in amore diuino m
excitantur. Nam eò magis eius
bonitatem, & infinitam caritat
perspiciunt, eoque clarius reipsa
experientia vident, quàm in sanct
simæ eius vitæ ac passionis myste
conueniens & efficax ad nostram
lutem, nosque docendos, & omn
virtutes exercendas remedi-
um contineatur.

Ca

Cap. XXI.

De petitione, & quomodo & quando eadem in horum mysteriorum consideratione adhibenda.

Cvm de sanctis quos è sacrorum horum mysteriorum cõsideratione haurire debemus affectibus egerimus: & cum petitio vna sit partium orationis, visum est, & de eadem breuiter agere, & declarare, num præter petitionem, quam in principio & fine cuiusque mysterij facimus, & dum orationẽ Dominicam & salutationem Angelicam recitamus, aliquid aliud quãdo hæc mysteria meditamur hoctẽpore petere oporteat. Dico ergo, præcipuum quod in horum mysteriorum consideratione spectamus, non esse, petere, (quod est intellectus operatio) sed ad sanctum aliquem affectum, verbi causa, amorẽ diuinum, gratitudinem, aut alium quempiam eorum quos descripsimus moueri, quæ sunt operationes

voluntatis, & primariarum in qu
bus perfectio Christiana consi
virtutum actus. Atque hoc potius
quid recipere quam petere. nam
affectus excellentissima sunt De
dona. Cùm ergo in meditatione vo
luntas sancto aliquo horum affectu
excitatur, certissimum est, insig
nos à Deo beneficium consequi. H
autem affectus primaria sunt ora
tionis pars, loquendo scilicet de o
ratione in lata significatione, i
quantum quatuor illas partes, qu
1. *Tim.* 2. rum S. Paulus meminit, complecti
tur, orationem, obsecrationem, gra
tiarum actionem, & postulationem.
Atque hæc singulariter orationis
nomine intelligimus, dum pro ali
qua harum quatuor partium accipi
tur, & à petitione distinguitur. Sic
Quid propriè oratio, vt distinguitur à Petitione. enim dicitur oratio ascensio & ele
uatio animę ac mentis in Deum, qu
quamuis intellectu fiat & consid
rando, magis tamen principaliter
D. Thom. 2 2. *q.* 83 *a.* 17. voluntate & amando, & alio se affe
ctu excitando, qui ad Deum illam
sustollat, peragitur. Verùm etsi me
dita-

ditatio primariè, ad petendum non instituatur, ipsum tamen omittendum nō est: primò scilicet circa initium (vti dictum est) petendo à Deo, vt sanctos hosce nobis affectus, quos è meditatione eruere volumus, concedat: dein vbi nos excitatos viderimus, & affectus ad virtutis alicuius desiderium inflammatus sit, tunc interiori illo desiderio, verbum nullū proferendo, hanc à Deo virtutem petere possumus. Tum quoq; oportunum & vtile fuerit, ea quæ ad bonum Ecclesiæ & proximi, pro quo caritas suadet, vt oremus, spectant petere. Atque hic inter ceteros excellentissimus est meditationis fructus, eò quòd petitio, quando deuotionis abest affectus & ardor, frigidè, & tepidè fieri soleat: at vbi sanctis anima affectibus incēsa est, feruenti eandem desiderio peragit, & illo virtutes & dona, quæ sibi desiderat, à Deo postulat. Tum verò petitio est ad obtinendum efficacior: præcipuum enim quod Deus spectat, ipse est affectus & desiderium,

Initio meditationis adhibenda petitio est, & in fine. *Dionys. Carthus. li. 1. de contemp. c. 48*

Et cum flammam boni affectus sentimus.

quo quid ab ipso petimus: & quoniam optimum ad petendum tempus est, quando Deus inspirat, quæ petenda sunt, & petendi in nobis affectum excitat. Possumus itemque ad petitionem adhibere, quando in mysterij consideratione voluntatem frigidam, nec vllo trahi affectu videmus: tum quippe desiderio affectuoso petere possumus, vt sanctum nobis Deus affectum quem desideramus (cum eius sit donum) concedat, vtque ipse voluntatem nostram excitet, cùm ipse solus plenum eiusdem dominium habeat. Actum etiam hoc affectu facta petitio multùm iuuat, quo scilicet agnoscat homo, sanctum illum quem sperat affectum à seipso se non habere nec habere posse, sed à Deo à quo petit, illum prouenire debere. Hæc autem humilitas magis animam ad Dei donum recipiendum disponit.

Et cum frigemus.

Quando autem hoc modo interiori desiderio à Deo quid petendum, confidenti & filiali id fiat animo oportet, non secus quàm si à Patre benigno

Sed cum filiali hoc faciendū fiducia.

nigniſſimo, qui benignè petentem audiat, & libentiùs dare quàm petens accipere illud velit, id poſtulet. Cogitet quoque, ad excitandam illam fiduciam, & corde confidenti petendum, quidquid à Deo petit, hoc ipſum nobis Chriſtum Dominum Paſſionis ſuæ pretio comparaſſe ac promeruiſſe. nam in hac theſaurus & infinitum bonum conſiſtit; qui non modò nobis peccatorum veniam, (modò pœnitentiam pro ijſdem agamus) & gloriam, (modò rectè viuamus, & ipſum imitemur) promeruit; ſed & ipſam peccatorum contritionem, & quę ad eandem habendam opus ſunt, omnes bonos & ſanctos virtutum affectus, omnia earundem opera & exercitia, omne lumen & robur, gratiam & auxilia ſupernaturalia, quæ ad virtutes obtinendas, exercendas, & in ijs perſeuerandum & Chriſtum imitandum neceſſaria vtiliaque ſunt comparauit. Omnia nobis Chriſtus iam promeruit: quare vt nobis illa concedat, nihil requiritur amplius, quàm vt ipſo

D. Thom 1.2. q 114. a.6. p.3 q. 62 ar.3. & de veritate q. 29 a.7. Vega in conc. Trid. lib.4 c 4 5. & 6.

vt ipso iuuante, nos vt oportet eadem accipiēda disponamus: quod agimus, dum hæc mysteria meditamur, tunc enim disponimus nos ad accipienda, quę nobis Christus promeruit.. idipsum quoque agimus quando quid petimus: nam desiderare & petere donum magna est ad ipsum obtinendum dispositio.

Alias nō Petitioni vacandū; sed.

Hoc porrò quod dixi in oratione mentali nihil esse petendum, sed sanctum amoris, gratitudinis, humilitatis, affectum ceteroſque exercendos, etiam consulit S. Basilius

In constit. Monastic. c. 2.

his verbis: Duo orandi modi sunt: vnus vt glorificetur Deus, ipsum amando, & gratias beneficiorum eius recordatione agendo, homo verò è contra se humiliet culpas suas & miserias in mentem reuocans, alter, vt quid à Deo petatur. Proinde, quando te ad orādum dabis, inquit, petendo nolis occupari, sed Dei maiestatem eiusque beneficia & mysteria considera, vt ita ad ipsum amandum glorificandumque excite-ris: item delicta tua volue, quæ pro-

fecto

fecto plura sunt, quàm putes. Perpende etiam pœnas quas pro peccatis meritus es, atque ex hac consideratione teipsum humiliare & despicere velut quid inutile, disce. quæ vbi compleris, quæ tibi vtilia fuerint petas licet. Hæc Magni Basilij sententia: qua docet, præcipuum quod in oratione mentali prætendimus, quodque exercendum est, esse affectum amoris, gratitudinis, humilitatis & aliorum similium, quos exposuimus, ex attenta perfectionum, operum, ac mysteriorum diuinorum consideratione excitationem. Postquam autem anima sanctis his affectibus mota fuerit, & potissimum orationis tempus ijs impenderit, ad tempus Deum oret, vt quibus ipsa opus habet concedat, & sanctos Patronos velut Mediatores, hæc vt à Deo sibi obtineant, interponat.

In Meditatione excitandi affectus.

Hæc autem animæ, quando motam se & excitatam ex cordis affectu sentiet, à Deo petenda sunt, vt scilicet sanctæ fidei in se donum augeat & perficiat, speciale sibi lumen dando, quo

Quæ petenda. Vbi petendū.

do, quo maiori cum firmitate & c
ritate res fidei, earumque ratio
& fundamenta percipiat & pe
tret: vt in se feruore caritatis auge
quo se totam occupet & incend
omnemq; amorem proprium & a
ordinatum cõsumat ac destruat: a
uinam item augeat gratiam, quo
li fiat gratior, maiorique robore
efficacia operetur quę sanctum cu
cultum cõcernunt: perficiat in se
ptem Spiritus S. dona, vt perfecti
in omnibus moueatur; & à Spiritu
regatur: det sanctum filialem tim
rem, simul & profundam humilita
tem, qua diuina dona cõseruet, cõ
dientiam perfectam, qua totaliter
sanctissimæ se eius voluntati subi
ciat; denique Deum Patrem ore
perfectam sibi vitæ passionisq
Christi Domini, Filij sui vnigeni
imitationem concedat, vt illi inv
ta, in quantum humana permitta
imbecillitas, conformis, & in
beatitudine etiam simi-
lis inueniatur.

Ca

Caput XXII.

Quomodo in horum mysteriorum consideratione virtutes & merita Christi æterno Patri Christianus offerre debeat, vt quas desiderat virtutes & dona consequatur.

VT autem virtutes, quas seruus Dei à Deo in horum mysteriorũ consideratione inflammato affectu petit ac desiderat, melius, maioriq́ue cum facilitate & efficacia consequatur, maioriq́ue postulet cum fiducia, vtile imprimis fuerit, cùm easdem petit & desiderat, Deo Patri hoc nomine sacratissimæ humanitatis Christi Domini virtutes & merita offerre: hoc modo: si desideret caritatem, patientiã, humilitatem, castitatem, obedientiam, misericordiam, prudentiam, fortitudinẽ & virtutes alias, offerat Deo Patri caritatẽ, humilitatẽ patientiã & alias virtutes, quæ in vnigeniti Filij eius vita & passione relucẽt, obsecrans & orãs, vt ob virtutes has

has adeò perfectas & oculis s
gratas, virtutes, quibus ipse op
imprimis habet concedat. Si pe
superbiam, impatientiam, volup
tes & delicias nimias, verbáque
ordinata sibi ignosci, Deo Patri F
sui humilitatem pro superbia, pa
entiam pro impatientia, torme
pro illicitis voluptatibus, silentium
pro verbis effusis & infreni lingu
ad scilicet tam infinito pretio sa
faciendum, tamque altis & perf
ctis virtutibus defectus suos supp
dos offerat. Si petat vt bona oper
afflictiones & tribulationes q
suffert, accepta sint ac merito
coram Deo, desiderio meditando
opera sua bona cum operibus & vi
tutibus Christi, suasque pœnas cu
Christi tormentis coniungat, atq
ita vnitas Patri æterno offerat,
per vnionem cum operibus dilect
simi Filij sui, easdem in odore
suauitatis admittat.

Ita scilicet è vita & Passione
Christi Domini nostri, efficacissim
ad omnia mala sua consumenda, fe
q

que bonis omnibus & gratijs spiritualibus locupletandum remedium homo elicit. Cùm enim ipse sit nostrum caput, & quidquid egerit aut passus sit in mundo, Deo Patri pro nobis ipse obtulerit, sit teste Apostolo, illius vt iustitia nostra sit, & sanctitas eius nostra, virtutes eius nostræ: non tamen quòd alia nobis sanctitas & aliæ virtutes ab eius distinctæ non dentur. Est quippe de fide, iustis virtutes infusas dari: illosque iustitiam & sanctitatem habere animæ inhærentem, per quam iusti sint; sed ita iustitia & virtutes Christi nostræ dicuntur, quòd omnis illarum valor & pretium cedat nobis, & quod per Christum illæ nobis virtutes dentur. atque ita eius iustitia nostræ sit causa iustitiæ, eius sanctitas sanctitatis nostræ, illiusque virtutes nostrarum. Quas dum Patri æterno, vti diximus, offerimus, hoc iure vtimur, & ab illo obtinemus, nostra vt delicta demittat, defectus tollat, gratiam suam & virtutes cõcedat, bonisque operibus valorem ac me-

1. Cor. 1.

Concil. Trident. sess 6. c. 16. Can. 10. & 11.

Christi Iustitia quomodo nostra, & ceteræ virtutes.

Oblatio meritorũ & virtutũ Christi quàm efficax.

ac meritum attribuat. Tametsi enim gratiæ & caritatis vnio, qua Christo iustus vnitur, ad bonis operibus valorem, meritum & satisfactionem dandam, per media quæ Christus constituit sufficiat: tamen vbi gratiæ habituali iũgitur actualis & viua operatio, consideratio & vnionis huius desiderium, fit vt bonorũ operum valor & meritum, & laborum nostrorum satisfactio longè sit maior. Hinc documentum hoc adeò à vitæ spiritualis magistris & informatoribus commendatur, & Sanctis tam frequenter vsurpatum est, vt se ipsum feciſſe D. Bernardus testatur. Iam inde ab initio, inquit, conuersionis meæ, ex omnibus Saluatoris & Domini mei Iesu pœnis fasciculum meritorũ compegi, vt offerrem Deo Patri pro ijs, quæ mihi deerant, alio autem loco dicit: Vbi video iustitiam meam non sufficere, sed deficere, & merita mea debilia, & virtutem meam infirmiorem, non propterea turbor, aut animum despondeo, aut despero, scio quid facturus sum

S. Gertru lib 3 c 74

Dionys. Carth. cõtra inord. cord a. 25.

Lansperg. in Pharetra.

Serm. 22. & 43. in Cantic.

sum, quidque mihi defuerit, à Christi Passione mutuor.

Cap. XXIII.

Non pro se solum Christi virtutes petere ac eius merita Deo Patri offerre, sed etiam pro proximo, homo debet.

QVo verò hæc petitio & Christi meritorum virtutumque æterno Patri oblatio, illi fiat gratior animæque fructuosior, non satis sit homini, vbi hos in se affectº experitur, has sibi soli duntaxat virtutes petere, aut Christi merita ac virtutes p se solo offerre, nisi simul sinum caritatis dilatando, & misericordiæ viscera aperiendo, hęc primò Ecclesiæ vniuersæ petat, quàm affectuosissimè contendens, vt hanc ipse Deus per vniuersum terrarum orbem extendat, in sui amore ac fide augeat, ac virtutibus florentem efficiat. Deinde primarijs e iisdem capitibus, tam spiritualibus, quàm temporalibus, scilicet Sumo Pontifici, Episcopis, Prelatis, Regi-

Petendũ, & merita Christi offerenda, pro viuis, &

Regibus ac Principibus Christianis
à Deo postulando, verum vt illis
gloriæ suæ zelum & perfectam ca-
ritatem, vt benè, velut viri secun-
dùm cor ipsius, suos gubernent, con-
cedat. Adhæc omnibus Ecclesiæ Mi-
tibus, Clericis, Religiosis, conti-
nentibus, coniugatis, quò copiosi
ijs detur gratia, vt integrè status su
partes compleãt, & munia sua per-
fectè exequantur. Item inimicis Ec-
clesiæ, Hæreticis, Iudæis, Saracenis
ac reliquis infidelibus, quò sanctis-
simæ fidei suæ lumen ijs oriri per-
mittat, & ad salutare Ecclesiæ sanc-
gremium ipsos pertrahat. Com-
mendet post singularium Deo ne-
cessitates, eorum præsertim, erga
quos ipse particulariter obligatus
est, aut singillatim honorem debet,
& præsertim eorum, qui sui fuere
inimici, aduersarij, aut iniuriam ali-
quam intulere. Nam oratio pro ip
fusa & Deo gratissima, & ingentis
suauitatis est sacrificium. Ijs autem
à Deo dona & virtutes petendo, ea-
dem operâ Patri æterno Christi De-
mi-

mini merita ac virtutes offerat, quò melius postulata, vti diximus, obtineat. Cum petitione autem quam faciet, offerre etiam rosarium hoc, & alia quæ post recitaturus, & quæ facturus est opera, & quas eãdem ob causam sustinebit molestias, potest, Christi meritis & virtutibus omnia coniungendo, & in horum vnione & virtute eadem Deo Patri, ad gloriam suam, & ad vniuersalis Ecclesiæ aliorumque pro quibus orauit, bonum offeret. Eadẽ & erga animas purgatorij caritas exercenda, Deum orando, vt à grauissimis, in quibus agunt, cruciatibus ac tormentis eas eripiat.

Pro fidelibus defunctis.

Non est autem, quòd quis metuat, ne eò quòd erga alios liberalis sit, aliquid eorum, quibus ipse opus habet, sibique desiderat, amittat: quin potius hoc pacto melius rem suam agit, pro alijs orando. Triplicẽ quippe oratio iusti effectum habet. primò maiorem gratiam & gloriam meretur; dein satisfacit pro pœnis, quæ in purgatorio luendæ sunt: qui

Pro alijs qui orat, non ipse se fructu priuat.

Triplex Orationis effectus. Mereri, Satisfacere, Impetrare.

duo effectus in omnibus boni v
operibus inueniuntur. tertiò ver
orationi id propriũ, vt à Deo d
obtineat. Certum igitur est, hom
nem, quando caritate motus p
proximi orat bono, nihil omni
de merito suo aut satisfactione pe
dere; quin potius, quia huiusmo
oratio ordinariè ex maiori solet c
ritate procedere, maioris sit meri
& satisfactionis, quam si pro se so
oraret. quin etiam, quantum ad fr
ctum impetrationis, nihil omnin
illi decedit, imò potius lucratu
nam ob illam, quam erga proximu
exercet caritatẽ & misericordiam
liberalius & copiosius dona grat
asque illi Deus quas sibi postulat co
cedit. Si verò non illi satisfa
proximo orare, illi dona diuina v
diximus petendo, nisi & simul il
bonorum operũ, orationum, & de
uotionum suarum applicet satisfa
ctionem, hęc pro eo atque impetra
animabus in purgatorio gementibus
offerendo, tunc, etsi fructum satis
factionis sibi non lucretur, sed pro
ximo

ximo viuenti, aut animæ in purgatorio patienti eum conferat; tamen hunc sibi fructum, vt nempe maiorem gratiam & gloriam obtineat, lucratur. hic enim communicari alteri nequit. Nec solum æquali illam gradu lucratur, verùm ordinariè, opus hoc pro proximo offerens, magis sibi promeretur. nam vti diximus, communiter hoc à maiore caritate nascitur.

Pro alio qui satisfacit, sibi meretur & impetrat magis.

Hoc igitur modo petitionem Dei seruus exerceat. Atque hæc sunt, quæ tum sibi, tum proximo petenda sunt. si autem tempore illo, quod orationi mentali horumque mysteriorum considerationi præfiniuit, petitioni faciendæ locus non fuerit, eò quòd totum id sensui & affectui quem è meditatione hausit, impenderit, nihil refert. nam omni tempore & loco illam orationis partem, quam petitionem vocamus, peragere possumus. præsertim si interius eam faciamus: cor enim omni tempore & loco ad Deum sustollere possumus, tum nobis, tum proximo, erga quẽ

hanc exercere caritatem volum
dona & charismata cœlestia pete
do. Hunc affectum porrò & studiu
desiderandi, petendi, & non sibi so
sed & proximo laborandi, omniu
Sanctorum suorum cordibus Chri
stus impressit. Ita de se hoc testatu
Apostolus, dicens: *Omnia sustine*
propter electos, vt & ipsi salutem co
sequantur, quæ est in Christo Ies
cum gloria cœlesti. & alio loco: *no*
quærens quod mihi vtile est, sed quo
multis, vt salui fiant. Quod auten
ipse faciebat, & omnes fideles face
re vult, eos rogans, vt in hoc se imi
tentur, vt ipse Christum imitabatur,
dicens, *Obsecro primum omnium fie*
ri obsecrationes, orationes, postulatio
nes, gratiarum actiones, pro omnibu
hominibus, pro regibus & omnibus qu
in sublimitate sunt, vt quietam &
tranquillam vitam agamus, in omn
pietate & castitate. & alibi, *Nemo*
quod suum est quærat, sed quod alte
rius, id est, Nemo suo duntaxat com
modo, aut consolationi, sed & pro
xim rebus studeat, pro omnibus o

rando

Orare pro proximo Sanctorũ est.

2. Tim. 2.

1. Cor. 10.

1. Tim. 2.

1. Cor. 10.

rando eosdem ædificando, & prout potuerit omnibus benefaciendo.

PARS TERTIA.

IN QVA AGITVR, DE IIS, QVAE IN SANCTO HOC ORATIONIS mentalis exercitio, & Sanctorum mysteriorum consideratione seruanda sunt.

CVM dixerimus, quomodo ad sanctum hoc exercitium parare se debeat anima, deq; rebus quæ meditationis tempore considerandæ sunt: & cùm affectus quos hinc elicere debet, prosecuti simus; iam aliquot documenta quibus homo in hoc exercitio iuuari, meliusq; proficere possit, & quibus dubia quæ aliquibus forsan hic occurrant, declarentur, & aliquot errores ac defectus, qui hic contingere possint, impediantur, proponemus: Nam quoniam exercitium hoc

in se adeò diuinum est, ac efficaciss
ad animas conseruandas, omni vir
tum genere complendas, & ad per
ctionẽ caritatis adducendas medi
hinc gloriæ Dei inimicus, & omn
nimarum nostrarum boni aduersa
dæmon, quibus penitus affectum &
luntatem erga sanctũ hoc exercita
tollere non potest, variis tentatio
generibus vtilitatem & fructum
dem impedire conatur. Proinde v
fuerit aduersus tentationes eius, sal
taria, (quæ sacra Scriptura sugge
quæq; Sancti quam cœlitus acce
runt luce, & experientia ipsa, adu
ues inimici tentationes superandas
è Sanctorum mysteriorum consider
tione fructum amplissimum colligen
dum, vtilia esse compererunt) do
cumenta ac consilia vsur
pare.

Ca-

Caput I.

De puritate finis in sancto hoc exercitio habenda.

PRAECIPVVM, quod in bonis iustorum operibus spectat Deus, finis est & intentio, qua fiunt. si enim bonus desit finis, etiam maxima pereunt: si debitum verò finem habeant, quantumcumque etiam parua, ingentis coram Deo pretij & valoris sunt. Et velut ædificiũ columnis & fulcris innixum, ijsdé sustentatur, & columnæ ipsis basibus, quę earum quodammodo sunt pedes, ita inquit S. Gregorius, vita nostra fundatur & sustentatur virtutibus, hæ autem intentione & fini qua fiunt nituntur. Atque hoc est, quod Christus apud S. Lucam ait, *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit:* id est, si animæ in-

In Moral. lib. 30 c. 6 in nouâ edit.

Luc. 11.

In omni opere bono requiritur bona intentio.

tentio recta & pura fuerit, vt solum Deum, vnicum & summum bonum spectet, omnia bona opera hoc bono facta, clara, lucida, pulchra, Deoque grata erunt; si autem recta non fuerit, nec Deum, sed alia bona terrena inordinatè dilecta, spectet, opera hoc fine facta, peccata, id est, opera tenebrarum, erunt. Tametsi autem in omnibus bonis operibus exercitijsque sanctis contendendum sit, vt bonus illorum sit finis, puraque intentio; in oratione tamen mentali & diuinorum mysteriorum consideratione, de qua agimus, imprimis id est necessarium. nam de fine eius, si soliciti simus, non modo vnum opus bonum meremur, sed reliquas etiam virtutes earumque perfectiones, quæ ab hoc exercitio, velut a medio, quo comparantur dependent. Si autem in fine qui his in exercitijs habendus erremus; nó vnum modò opus bonum perdimus, verùm etiam periculo nos exponimus, ne in omnia peccata & laqueos dæmonis incidamus, in quos inciderunt, qui

Maximè in mentali oratione.

qui in sancto hoc exercitio non Deū & verum virtutum finē, sed seipsos quæsiêre, & alios fines siniſtros & ab amore proprio natos spectarunt. A quo nos malo Dei gratiâ facilè expediemus, si quod iam tradituri sumus documentum, admittere voluerimus.

Cuius finis primarius esse debet. Dei honor & gloria.

Primarius, quem in sancto hoc exercitio spectare debemus finis, & quo ad ipsum accedere, in eoq; perseuerare nos oportet, intentio est, opus bonum ac sanctum facere, vt Deo soli placeamus, & aliqua ratione illi pro infinitis quibus illi obstricti sumus nominibus satisfaciamus; quod ipse sit Deus, ac propter innumera, quæ ab ipso accepimus, beneficia. Deinde vt huius exercitij adminiculo, à Deo lucem & ingens ad melius illi ac perfectiùs seruiendum, exactè omnia eius præcepta seruando & consilia sequendo, & econtrà magno studio & contentione omnia peccata, magna simul & parua, mortalia & venialia, quantū possimus, (quò est perfectè & integrè

grè voluntatem eius perfecto o
mium virtutum exercitio perficer
vitando, robur consequamur. Ha
quamuis alij in sancto hoc orat
nis mentalis exercitio effectus,
fructus excellentes ac perutiles si
quales sunt meliùs diuina myste
intelligere, maiori eadem claritat
perspicere, Deum gustare, in illo
eius operibus delectari, pacem
quietem interiùs persentire, sensi
& motiones spirituales habere, d
uinas experiri consolationes, deuo
tionis effundere lacrymas, dulcia
ac dulcedinem spiritus experi
gaudium & exultationem animi c
cipere, & alia similia, quæ quidem
essentialis virtus non sunt, sed eiu
dem adiumenta, effectus & fructus
hæc tamen omnia primarius non
sunt finis, qui imprimis hic spectan
dus est. Nam hæc aliquod nostrum
commodum ac priuatam consola
tionem spectant: primarius autem
finis non nostrum commodum, sed
Dei gloriam purè spectet neces
est, non nostram vtilitatem, sed vo-

luntа-

Iúntatis diuinę complementum; nec vt ipsi in Deo eiusque operibus gustum voluptaréq; sensibilẽ, sed ipse in nobis persentiat, nostrisque operibus delectetur. Hoc verè est Deum quærere, non verò nos ipsos; hoc Dei est amore moueri, non proprio: hoc Dei voluntatem ambire, non propriam.

Dignè profectò exponi dicique nequit, quanti referat intentione pura in sancto hoc opere procedere, ipsum ad finem & scopum, quem diximus, dirigendo. Nam si in operibus vilibus, vt sunt comedere, bibere, dormire, similiaque necesse sit, & vtile etiam Dei gloriam spectare; vt scilicet hæc non ob nostrum commodum & consolationem, sed ad ordinationem & voluntatem diuinam complendam vtque vita & vires ad illi seruiendum sufficiant, (vt Apostolus exigit dicens; *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in Dei gloriã facite.*) peragamus: quàm necessarium atque vtile fuerit, in opere adeò sublimi 1. Cor. 10.

spirituali, & religioni proprio, qua
le est oratio & diuinorũ mysterior
cõsideratio, diuinã gloriam, vt hi
spectare? vt sc. vti diximus, opus hoc
faciamus, vt Deo placeamus, & ali
quo, illi ob ea, quæ illi debem', mo
do gratificemur, viresq; ad meli' illi
seruiendũ nancisc amur. Nam vt ma
ius est damnum & fœdius, si pretio
sa & sacra vestis, verbi gratia, ca
sula ad sacra celebranda, macula &
labe fœda inquinetur, quàm si vestis
aliqua communis ac secundaria: ita
opus adeò pretiosum, Deoque per
virtutem religionis adeò sacratum
quale est oratio & contemplatio, si
liqua sinistrę intentionis macula &
proprij amoris fine inficere, maius
animæ damnum, & ante Dei oculos
fœdius est, quàm si in ordinarijs &
cõmunibus operibus huiusmodi de
fectus reperiretur. Hinc natę illę ca
stigationes quas in illos, qui in sanc
to hoc exercitio se ipsos nõ Deum
quęsiere, immisit, sinendo sc. eos in
graues diaboli illusiones, in obsti
nationem & reprobum sensum ca
dere.

Deludun-
tur sæpius
qui se hic
quærunt.

dere. Nam vt in Ecclesia Dei non sunt, nec fuere vlli in spiritualibus vtilores maiorisque splendoris & nominis, quam qui pura intentione sancto huic exercitio vacarũt: (vt in omnibus SS. illis, qui hinc virtutum omniũ perfectionẽ hausere, videre est) ita è contra in illis, qui Deo seruire, & rebus studere spiritualibus cœpere, terribiliora iudicia & funestiores successus nõ sunt visi, quã in illis, qui res sacras & religiosas ad fines sensuales aut amorẽ inordinatũ direxere. Hæc dico, nõ vt propterea animum quis despondeat; qui enim sincerè hic processerit, ab omnibus hisce inconuenientibus & malis liber erit; verùm vt consilium hoc magni faciamus, maiorique cum diligentia ipsum executioni mandemus, hoc in exercitio explorantes, vt inquit Apostolus, *quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*, id est, experientes & reipsa voluntatẽ Dei complentes, quod illi placet, quodque in diuinis oculis eius perfectum est, faciendo.

Et cadunt grauius.

Rom. 12.

Ex hac recta intentione, intera
bona, sequitur, quod quamuis q
nullum in oratione senserit gustu
non pacem, non affectus suaues, n
consolationem, aut aliquam piet
tem, sed mente distractus fuerit
tentationibus impeditus, non pr
pterea contristatus animum desp
deat, aut in sancto hoc exercitio
pescat, sed pacifice ac quiete sego
rat, ad idem prosequendum, inqu
eodem perseuerandum sit anim
tus. Nam quoniam primaria eius
tentio erat, bonum hoc opus face
ac peripsum Deo seruire, ac place
& ad magis illi seruiendum gra
& vires obtinere; hinc horum nih
omninò amisit. nam quamuis De
seruus nullum in oratione motu
sensumque aut gustum sentiat, se
imaginando distractus sit, & mis
aridus, vtcumque, quod in se est, au
xiliante Dei gratia & ope faciendo,
non propterea opus hoc valdè Deo
gratum, & magni coram illo pret
meritique esse desinit: imò sæpe illi
gratius est maioriique meriti, quàm
fi ma-

Non orat in vanum quū gusti non sentit.

si magna cum deuotione & consolatione ipsum peregisset, quòd in eo propter Dei amorem & beneplacitum, maiorem laborem & difficultatem subierit. Nec obstat etiam quo minus hac oratione & meditatione gratiam, ad melius Domino seruiendũ, & magis in illius amore omnigenaque virtute, quamuis non sentiat, proficiendum nanciscatur. Simile. vtfieri in ægroto videmus, qui escã substantiosam comedendo, quamuis palato insipidam & ingratam, imò stomachum ad nauseam prouocantem, verè robur, vires, ac vigorem sibi comparat, eademque se conseruat, & crescit, etsi horum nihil ipse sentiat. Finem principalem consequitur. Ergo cum ipse Dei seruus, qui hoc fine orat & meditatur, principale hoc bonum quod spectat non amittere, sed ex Dei pietate plenè se illud videt consequi, etsi reliquos orationis fructus non obtineat, quiescat & contentus maneat, Deoque gratias agat, quod cum ob peccata dignus esset, qui ad inferos deturbaretur, beneplacitum sit nihilominus

nus Deo in suo illum conseru
conspectu: cumque à parte sua n
lum promereretur bonum, conce
serit tamen, vt ageret opus, qu
adeò sibi gratum & acceptum f
Palladius Episcopus in Cappadoci
refert, se, cùm cellæ esset angust
incluſus, diuinis vt meditationib
vacaret, & ariditate tœdiosa &
cogitationum molestia exagita
tur, secum statuisse, exercitium hu
penitus omittere, quòd parum hi
se proficere cogitaret. Ergo ad Ma
carium Alexandrinum se contul
tentationem huic enarrat, remedi
& consilium petens. Cui ille: Quan
do hæ tibi cogitationes, fili, sugge
rent, vt inde abscedas, quasi nihil
proficias; ipse vicissim dic: Hic co
Christi amorem parietes hos serva
turus manebo. suadebat scilicet se
nex, vt perseueraret, contentus, hoc
se opus ob solum amorem Christi
tametsi alium inde non colligere
fructum, facere. Sapientissimum sa
nè responsum. Quod optari maius
bonum queat, quam placere Deo

Sed perse-
uerandũ
& perstã-
dum in
medita-
tione.

Audien-
dus Ma-
sarius.

quod

quod maius lucrum, quis amplior boni operis fructus desiderari possit, quàm per ipsum Deo placere: quæ maior gloria, quàm Deum hominis opera velle uti? bono quidem opere Deo placere homo non potest, nisi simul & inæstimabilem beatitudinis thesaurum, aut amplioris gratiæ, sublimioriſque gloriæ augmentum sibi lucretur: tamen licet hoc inde lucrum non haberet, satis magnum tamen haud dubiè præmium esset, placere Deo. Nam hoc, excellentissimum & glorioſissimum præmium est, vt eleganter inquit Chryſostomus. Si quid inquit agere possis, quo Deo placeas, & præter hoc aliud præmium quæris, verè nescis, quantum sit bonum placere Deo. si enim scires, quale foret, aliam mercedem numquam ambires.

Placere Deo quãtum præmium.

Lib. 2. de compunctione cordis.

CAP. II.

Etsi consolationes & gustus spiritus non debeant esse finis, quem exercitio spectare quis debeat, men velut dona Dei admodum lia recipienda & habenda quomodo se homo geret, illi aut adfuerint, aut desint.

EX ijs quæ de fine quem spec re, & primario fructu, q ex horum mysteriorum c sideratione elicere oportet, mus, cogitare quis forsan haud expedire, cõsolationes & stus spiritus velle & procurare, que parui ad vitam Christianam amque spiritualem momenti esse exiguam vtilitatem afferre. sed rabit, eritque prætentus ac honestus quo suam inertes ac gentes, qui hæc dona non recep nec mortificatione affectuum, vitæ puritate, nec vigili & assi oratione ad eadem obtinenda co niti volunt, tepiditatem vel Certum namque est, consolatione

& spirituales rerum diuinarum gustus magni valoris & æstimationis esse; Non est, vt sacra Scriptura ait, *Oblectamentum super cordia gaudium.* Ac proinde huiusmodi gaudium & consolatio inter excellentissima Dei dona & Spiritus sancti fructus, qui infinitis partibus omnia bona temporalia excedunt, recensentur, atq; vt talia eadem ponderabat Apostolus, cùm diceret, *qui consolatur humiles, consolatus est nos* Deus. & alio loco, *Quoniã sicut abũdant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat cõsolatio nostra.* Ac proinde digna sũt, vt illa Dei seruus amet, desideret, & ambiat, seq; ad illa recipienda disponat. Quo nos inuitat Psalmographus, dicens, *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* Loquitur de visione qua clara & attenta consideratione intellectus, fide viua illustrati, videtur, deque gustu, qui reipsa per internum saporem fit, id est, voluntatem amore inflammatam. Atque hoc feruenter à Deo petebat Augustinus cùm diceret,

Consolationes spirituales desiderari & peti possunt. *Eccli 30.*

2. Cor. 7.

2. Cor. 1.

Psalm 33.

In Meditation. diceret, Fac Domine, vt per amor
gustem, quod intellectu gusto,
affectu sentiam, quod intelle
sentio.

Quia extinguunt carnales. Sicut autem voluptates & co
solationes sensuales, quæ non h
beri possunt, serui Dei abhorre
debent, q̃ viles & animę noxię sa
ita econtra has spirituales consol
tiones & gaudia ipsos amare, de
derare & procurare par est; ru
quod sint pretiosa Dei dona, vti
ximus, tum verò quòd anima
modum vtilia. nam vt sanctus Be
Serm. in Cant. Ezechiæ. nardus ait, consolatio quamius
bus diuinis reperit anima, efficie
vitiorum voluptates quas deseru
non repetat, gustare autem in or
tione, quam dulcis & suauis sit De
minus, efficit, vt non creaturas, se
vnicum Deum, quærat.

Amorem diuinum augent. Adhæc consolatio & gustus i
spiritualis amorem diuinum impr
mis auget. facit quippe vt anim
amplius erga Deum & virtutes af
ciatur, magisque in illis se exercea
In illud vnde idem vir sanctus ait, Consol

tio deuotionis & gustus spiritualis, ingens amoris diuini incentiuum est. Habet & alium effectum hęc cōsolatio & voluptas spiritualis, teste Dionysio Richelio, vt scilicet hominem in bono fortiorem constantioremq;, & in sanctis operibus perseuerantiorem reddat. Sunt etiam euidens ineffabilium bonorum gaudiorumque infinitorum, quæ iustis in cœlo promittit Deus, testimonium. Propterea Bonauentura, ijs qui Deo primùm seruire incipiunt spirituales cœlitus ait consolationes dari, vt videant scilicet, quàm bonus sit, tam suaui Domino seruire, quāque Deus in remunerando seruis suis sit largus & munificus: vtq; amplius in fide ac spe solidentur, & caritate magis inflammentur: & ne, si quando Deus ad maius illorum bonum tribulationibus, tentationibus & aduersis ipsos exercuerit, consolationum, quas Deo seruiendo aliquando experti sunt recordatione, & spe & desiderio easdem denuo experiendi, animati, in laboribus animum

Beati qui lugent.

de cōtemplat lib. 1. c. 33.

Roborant in omni bono.

De processu Relig. proc. 3. & 4.

Sunt prælibatio dulcedinis æternæ.

nimum desponeant; sed constanter in ijsdem perseuerent. Hæc similia quæ è consolationibus spiritualibus, vt supra, cum de gaudio interiori ageremus, diximus, hauriri licet bona.

Part. 2 c. 14.

De ijs Documentū primum.

His præsuppositis, Documentum imprimis necessarium & vtile est finem, quem vir fidelis in hoc & alio exercitio spectare debet, non esse consolationem aut gustum spiritualem, sed Dei beneplacitum, illius voluntatis in sancto hoc opere impletionem: cōsolationem autem & gustum non alium ob finem quærendum & admittendum, quàm huic fini obtinendo conducat. Sic vt æger, qui omnem appetitum amisit & cibum optimè parari vult vt aliquem illi saporem & delectationē adferat, non alium in condendo finem habet, quam vt vitam sustentet; quòd Deus illam ab ipso sustentari velit, quò in eadem ei seruiat, cibi autem saporem tantum quærit, quò comedere possit: ita nis, quem in omnibus operibus

Simile.

& pa

& præsertim hoc spectare debet Dei seruus, est ipsi placere, voluntatemque illius complere, vti diximus: gustum autem & spiritualem consolationem non aliter quærere quàm in quantum ad Dei voluntatem implendam conducunt. Nam si quis vitia & voluptates corporales, quò Deo seruiat, deserendo, eius in seruitio, voluptates & consolationes præcipuè spectaret, verè is non vitia deseruisset, sed tantaxat commutasset: gulam scilicet corporalem in spiritualem, & carnalem luxuriam in spiritualem. Eius ergo esse finis debet, Dei voluntatem implere. sin autem eius voluntas fuerit, vt cõsolationibus destituatur, ac sine illis ipsi seruiat, ita seruire paratus sit, cum hæc Dei sit voluntas, quam ipse complere desiderat. Hanc suis Christus veritatem in vltima cœna declarauit, dicens: *Si me diligeretis, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Recreabat Apostolos, & consolatione replebat corporalis Christi præsentia: hinc

Ne quærantur vt finis.

Ioan. 14.

hinc cum diceret illis Dominus
Patrem se tendere, non med
criter contristabantur, dum cog
rent hoc se posthac carituros bo
videbatur autem illis tristitia
à vero Christi amore dimanare, c
tamen maximè ab amore prop
nasceretur. nam si è puro Chris
more nata esset, libenter suauiss
iucundissimaque illius præsentia
maiorem scilicet Christi glori
quoque eius se voluntati cõform
rent, caruissent: Dicere ergò Ch
stus voluit, si puro me amore
geretis, etsi consolatione quam
adfert præsentia excideretis, gau
retis nihilominus abitu meo: n
ad Patris mei gloriam propero,
vt diuino illius decreto consti
tum est. Si me inquam diligere
mea absentia non ægre careretis,
mul & consolatione quam mea
fert præsentia: nam ita Patris
voluntatem impleo, atque hæc
ior mea gloria. Hoc pacto & pl
mi mortales decipiuntur, qui m
contristantur, vbi spiritualis

Ricardus de S. Vict. in Cant. c. 8.

defecerit consolatio. hanc autem tristitiã è puro & sincero proficisci amore putant, cùm tamen proprius dumtaxat sit amor. Nam si purè Deũ amarent, sanctissimam eius voluntatem diligerent, & omnem libenter molestiam, quò in ipsis diuina voluntas compleretur, admitterent.

Secundũ documentum.

Alterum quod docere volumus est, quamuis consolationes Dei dona sint, magnique fructus, modò benè quis ijsdem vtatur: non illa tamẽ præcipua ac primaria esse dona, quæ per orationem quærenda & spectãdi sunt, nec primarium fructum, quem ex eadem haurire oporteat. Primaria namque dona & præcipuus fructus sunt caritas, humilitas, patientia, castitas, fortitudo, obedientia, resignatio, paupertas spiritus, illarumq; virtutum actus, quos in oratione exercere debemus, affectus inquam quos ante exposuimus nam in virtutibus earumque actibus sanctitas, & vitæ Christianæ perfectio consistit. Quod autem ij,

Non esse consolationes spirituales primaria Dei dona quæ petenda.

qui huic exercitio se dedunt, in hac veritate, non benè fundati sint, magna inconuenientia & damna in anima oriri solent. Hinc namque sequitur, vt, cum aliquas consolationes & gustus in oratione percipiant, multum se profeciſſe cogitent, seq; iam spirituales & perfectos esse, ac iam velut rerum spiritualium plane peritos, de ijsdem loqui posse. Hinc fit etiã vt despiciant & parui faciant illos, quibus similes consolationes & gustus non conceduntur. Cum tamen verus profectus non in consolationibus ac suauitate spirituali, sed in solidarum virtutum, humilitatis inquam, patientiæ, manſuetudinis, obedientiæ ac reliquarum possessione situs sit. non enim in magna suauitate & dulcedine mentis perfectio consistit; sed in perfecta caritate & voluntatis in Deum resignatione. Quo autem quis apud Deum maior, eò in oculis suis & apud se minor est, eoque se alijs viliorem & omni contemptu præ alijs digniorem reputat.

Profectũ spirituale proinde non ex ijs metiendum.

Quæ

Quare eò quòd hanc veritatem non percipiant, fit, vt quamprimum vbi ipsos consolationes & gustus cœlestes deficiunt, etiam in orationis, pœnitentiæ, bonorumque operum exercitio deficiant, seque à Deo derelictos existiment, itaque palam faciunt magis se consolationem quã Deum amare, magisque suo se commodo & voluntati propriæ, quàm Dei voluntati, ac beneplacito, yeroque suo profectui studuisse. Nam vt vera consolatio à Deo proficiscitur, ita & desolatio. &, sicut gratiæ & misericordiæ est, spirituales animabus consolationes & delicias immittere, vt has in suum illę commodum conuertant, ita etiam eiusdem est gratiæ, easdem auferre, & contra siccitates, molestias, tribulationes, & spirituales tentationes, quæ ad animæ profectum prouectionemque non mediocriter conducunt inferre. Per has enim homo in humilitate se exercet, re ipsa per spiciens, nihil prorsus se à seipso habere, seque ex corde, omni consolatio-

Etiam desolatio Dei gratia quædam est.

D Bonau. lib. de progress relig. c. 1. & 2.

Conseruat hominem in Humilitate.

latione indignum, & supplicijs quibuscumque dignissimum confiteatur.

Exercet patientiã, fidem, spẽ.

Exercet quin etiam patientiã, quia quid sibi graue ac molestum eueniat tolerando, & velut à Dei manu emissum accipiendo. fidem quoque hoc pacto, ac fiduciam in Deum magis exerit, vt discat scilicet non cogitationum & sensuum quos à Deo accepit experientiæ, sed veritati diuinæ, quæ decipi nequit, ac promissis diuinis, quæ errare non possunt, niti. Cùm autem promiserit Deus se, quamdiu homo ab eo peccato mortali legem eius præuaricando non recedit, illum minimè derelicturum, nec gratia & amore prosecuturum, ipse autem omne se seruum malum odisse, & nihil minus quam in quid Dei legi repugnans committere sponte velle; à Deo se diligi, & paterna illius prouidentia obumbrari, his promissis innitendo, nec aliam diuinarum spiritualiumque consolationum experientiam exoptando, firmiter sibi persuadeat. Denique anima, Deo sine omni prorsus

Amorem proprium fugat.

co-

consolatione seruiens, & pœnam potius sustinens, magis ab omni amore proprio purgatur, gratiæ se capaciorem reddit, & in amore diuino, omnique virtute magis confirmatur & mortificatur.

Vita iustorũ mixta varietatibus.

Proinde longè conuenientissimum fuit, vitam iustorum mirabili mutationum varietate velut contexi, & contrarijs hisce successibus vicissitudinibusque modò consolationibus, modò desolationibus, nũc diuinis visitationibus, alias absentia & solitudine, & ariditate assiduò permisceri, & modò gaudio & exultatione perfundi, modò tribulationibus exagitari: modò deuotionis abundantiam experiri, modò aridam, siccam, tristemque gemere: vt leni humectatione, pluuia, ac miti diuinarum consolationum ac diuinarum visitationũ aura egregij virtutum surculi germinent. Porrò per gelu, procellas, & aridos validosq; desolationum & ariditatum turbines, solidiores agit arbor radices: itaque Dei seruus, vt Diuus Bernar-

Serm. in Cant. Ezechiæ.

dus loquitur, mirificè in virtu
schola proficit, donec in virum
fectum solidis plenum virtutibu
meritis diuitem crescat. Nonn
homo oportet, quòd quema
dum ingens diuinę misericord
stimoniũ est, consolationes & i
tualem dare prosperitatem, v
animetur : ita & insignis emi
misericordiæ opus esse, desol
nes, ariditates immittere, se
gnoscat homo & humiliet. Doc
hanc veritatem D. Gregorium D
& hanc vt exponeret his verbis,
gessit: Omnipotens in hac vita
seruare ordinem solet, vt pro
ritatem aduersitas, & aduersita
sequatur prosperitas, vt in adu
peccata sua homo agnoscat, p
gat, seque humiliet: in lætis ver
prosperis præteritæ desolatio
memoria, diuina velut ancora
xus, in humilitate se conseruet. A
que ita cùm homo aduersitate pr
mi se viderit, non hanc irati De
credat indicium, sed gratiæ & mis
ricordię eiusdem ascribat, qua d
qu

In Regi-stro Ep. 90

nos sua conseruare docet. Hactenus D. Gregorij verba, quæ animo infixa geramus oportet, omnem vt desolationem velut Dei donum ac beneficium recipiamus, atque vt pro tali reipsa & ex animo illi gratias agamus.

Caput III.

Varia sunt consolationum spiritualium genera, proinde non eodem de omnibus iudicandum modo.

Quoniam consolationes spirituales non esse vt primarium meditationum finē spectandas, nec velut præcipuum orationis mentalis fructum, sed vt Dei dona animæ proficua, habendas diximus, ac desiderandas velut media, ad virtutem facientia; consultum fuerit, earundem varietatem & inter se differentiam exponere, quo Dei seruus intelligat, quas potissimum æstimare & eligere debeat.

Consolationes spirituales partis intellectiuæ, quę.

Quædam consolationes sunt p
rè spirituales; non solum quòd è
bus spiritualibus ac diuinis accip
antur, verumetiam in spirituali h
minis parte intellectu scilicet, m
moria ac voluntate versentur: H
sitæ in eo, vt intellectus luce cl
& copiosa donetur ad ea quæ D
sunt eius opera, mysteri, corum
pulchritudinem atque harmoni
intelligendam; simul & eiusdem bo
nitatem, sapientiam ac potentia
quæ in ijsdem elucet demirandam
clareque quid Deo gratum, quid
virtutum vitiorumque semitas co
gnoscendum. item vt memoria
Dei præsentiam diuinasque perfe
ctiones & mysteria consideranda
stabilis & quieta sit, facileque sa
ctos & vtiles conceptus inueniat, &
eadem etiam facilitate omnes a
cogitationes vanas, & rerum corpo
raliū imaginationes reijciat, & m
dana obliuiscatur. Voluntas denig
sanctos affectus, efficacia desiderii,
& mirum erga virtutes omnes e
rumque actus concipiat amorem,

simul

simul & zelum & viuacitatem fidei, spei certitudinem & firmitatem, caritatis dulcedinem, ad bona opera lætam promptitudinem, insigne diuinæ voluntatis adimplendę studiũ, erga sacratissimam Christi humanitatem, vitam ac passionem deuotionem, diuinitatis gustum, omniũ vitiorum horrorem, proximi caritatem, & ad in virtutibus proficiendum contentionem, familiaritatis cum Deo affectum, & in orationibus fiduciam. Hæ sunt iustorum in parte intellectiua consolationes, & veræ quidem & primariæ & solidæ. Numeratur & inter spirituales in parte intellectiua consolationes spirituale quoddam, quod vt plurimum iusti, qui solidas virtutes habent, in earundem actibus, & attentarum diuinarum cõsideratione, ac sacra Communione, percipiunt gaudium: quod licet tantum non sit, vt facilè percipiatur, nec sensibilis quidam gustus, aut delectatio sit, tamen complacentia quædam, & refectio est voluntatis in bono. & sic

hoc inter consolationes & gaud
partis intellectiuæ refertur. h
modo intelligendum, quod vul
dicitur, iustos in virtutum acti
voluptatem & iucunditatem exp
riri: est enim eorum, qui per hã
tum virtutis operantur, propriũ,
cũ gaudio operentur, atq; in orati
ne & communione consolatione
percipiant. quippe vnus ex oration
& communionis effectibus est ga
dium spirituale percipere. Tame
autem non semper magnas De
consolationes immittat, nec gaud
quæ statim ac facilè percipiantu
aut quòd id minimè expediat, a
quòd debitè ad hęc dispositi nõs
sua tamen bonitate hanc eis in vi
tutibus delectationem, & in rebu
diuinis placentiam, quæ item co
solatio & voluntatis quoddam e
gaudium, immittit. Has consolatio
nes & spirituales partis intellectiu
gustus sancti omnes permagni fa
ciunt, & velut quid in famulatu De
maximè necessarium æstimant; sunt
enim hæ aut actus & affectus virtu
tum,

tum, aut proximi earundem effectus.

Præter has intellectiuæ & superioris animæ partis consolationes, aliæ sunt, quæ in inferiori eiusdem parte, quæ appetitus sensitiuus dicitur, habentur. Dicuntur tamen tum spirituales, quòd circa diuina versentur: tum sensibiles, quòd in parte habeantur sensitiua; quin & cum aliqua corporis transmutatione & motu sensibili & corporali immittantur: proinde magis plerumque percipiuntur & sentiuntur, quàm quæ in parte spirituali sitæ sunt. Interdum quoque sensibiles hæ consolationes à superiori animæ parte causantur, quòd præ magna consolationum intellectiuæ partis copia & abundantia, à voluntate in appetitum sensitiuum redundent, homoque in parte sensitiua delectationẽ ac suauitatem, teneritudinem, delicias spirituales, ac dulces lacrymas deuotionemque spirantes percipiat. Hæc autem partis sensitiuæ consolatio, & hoc lacrymarum donum

Quæ partis appetitiuæ.

D. Thom. 1.2 q.21. ar.5.

cùm à solida consolatione, & ver
partis superioris deuotione nasc
tur, etsi ad salutem minimè neces
rium sit, bonum tamen est & vti
Det tamen operam Dei seruus, n
eadem consolatione nimium capi
tur, nec ab eadem abripi se finat.
enim hic excessus potest, qui sal
noceat, ac præcipuam deuotion
& primarium spiritus sensum i
pediat. Proinde ea refrenanda, mo
deranda, discretéque vsurpanda,
animæ attentio ad interiora, ad p
riores inquam amoris diuini act
displicentiam & odium peccatoi
alioſque voluntatis affectus & se
sus conuertenda. Adeò vt, quamu
ex sua parte deuotionem & gustu
spiritualem sensualitati commu
care nolit, sed in superiori anim
parte potius colligat & imbibat.

Sunt & aliæ consolationes sen
biles, quæ veræ sunt & diuinæ à pe
facta tamen deuotione & vera vo
luntatis consolatione non proma
nant, has Deus orationis tempore &
in alijs etiam virtutum actibus, in

peris-

perfectioribus virtutisq; tironibus quin & interdum ijs, qui in peccati mortalis statu agunt, concedit. Nam hi etsi bona sanctaque habeant desideria, & peccata relinquere paulatim incipiant, vitam emendantes, nondum tamen Deum super omnia diligunt. hinc hasce Deus ijs consolationes immittit, vt, si conciones audiant, sanctos euoluant libros, diuinaque mysteria meditentur, magnam deuotionis sensibilis suauitatem percipiant, multasque lacrymas effundant. Ita porrò cum ijs agit, partim vt illos ad se attrahat suauitatem & abundantiam bonorum, quæ in ipsius seruitio reperturi sunt, si se penitus illi dedant docendo, partim vt iusti magis in Domino cõfidant, ac bene de eiusdẽ bonitate deq; infinito bonorũ gratiæ, & gloriæ, quẽ in ipso habẽt, thesauro sentiant: cũ tam bonus ac munificus sit, vt etiam in peccatores, qui eius hostes sunt, ad ipsũ venire incipientes, consolationem & suauitatem spiritualem effundat.

D. Bonau. de progre. Relig c. 11.

Præter has, quæ sunt veræ & ui-
næ consolationes sunt aliæ fe-
biles, quę falsæ sunt, quasque adue-
sarius, vt hominẽ ad superbiam in-
gat, causatur: vt scilicet magnifa-
ciat, se Deo plenum cogitet, ita-
veras virtutes comparare negligat
hac apparentis deuotionis suauita-
te contentus, atque ita paulatim a
peiora grauioraque peccata ingre-
renda viam sternat. falsa hæc con-
solatio multum à vera discrepat:
nam vera quæ à Deo descendit, non
vehemens, nec violenta est, nec in-
ordinatos in carne motus causatur,
nõ vanè exultare, nõ superbire facit,
nec malam libertatẽ causatur, vtin
falsa illa cõsolatione fieri amat. sed
cõsolatio & suauitas Dei est, mode-
sta, quieta, blanda, carnẽ debilitans,
eiusque motus & passiones mitigãs,
& mentẽ confortans & roborans: si
tametsi hinc, vt & è reliquis Dei do-
nis, arripere ingratus aliquis superbiendi occasionem (eò quòd liberi arbitrij sit) queat, ipsa tamen ex se inclinat & ad humilitatem mouet.

Ricard in Cant. c. 40 & c. 6.

Pulchrum discrimen inter consolationes Dei, & dæmonis.

D. Bonau. in processu Relig. pro 3.

Nam

Nam maius in eo qui ipsam gustauit Dei desiderium & famem causatur. Atque vt in anima hoc Deum diligendi, virtutem ampliorem comparandi, Deumque magis gustandi, desiderium crescit; ita & omnis virtus & amor quem habet Dei exiguus ei & velut nihil videtur; nam vehemens plura habendi desiderium aperit & sentire eam facit, quantum sibi desit, quàm multa comparanda restent, quàm parum habeat, quàm sit exiguum quod hactenus comparauit. Itaque seipsam despicit, confundit, & ex corde coram Deo humiliat. Has consolationes sensibiles, veras, etsi bonæ sint & vtiles, præsertim quando è vera deuotione & consolatione voluntatis proficiscuntur, tanti tamen sancti non faciunt, quanti priores, quæ penitus spirituales sunt; nam in his omnibus vera non consistit virtus, nec necessarij virtutum effectus sunt, etsi, vt diximus, maximè ad easdem conducant. Proinde si homo ijsdem careat, non propterea turbari mouerique debet,

debet, cum in illis virtus & me
tum, vti diximus, minimè consist
si verò eaſdem habuerit, non to
ijſdem ſe, affectum omnem & g
dium in ijs collocando, aut vel
primarium animæ bonum habe
applicet; ſed ijs velut medijs vta
ad magis adlaborandum, vt ve
virtutes earumque perfectionem
ſequatur. Quoniam autem, ad ho
hanc conſolationum ſpiritualiu
varietatem percipiendam, bene
ijs vtendum, magna diſcretione
experientia opus eſt, de omnib
Patri ſpirituali rationem reddere,
ſecundùm eius documenta ſe di
gere, vt alibi dicemus, imprimis
pediet.

In appendice de bono vſu Sacramẽtorum.

CAP. IV.

*Quod veræ conſolationes hominem
ligentiorem, ad ea quæ ſtatus
ſunt, & leges caritatis implend
reddant.*

DEVS, primarium, quem
ex oratione elicere debe

mus, fructum, esse exercitium virtutum, & huc consolationes & suauitates spirituales, quas inter orandum nobis Deus communicabit, referendas Iam aliud inprimis necessarium aduertendum est, quod huic veritati ingentem lucem dabit. Virtutum exercitia quædam obligationis sunt, quæ hominis status aut lex ipsa caritatis exigit. certum est autem hæc ceteris præferenda: quod enim præcepti est complendum ante ea quæ consilij sunt. Hinc sequitur, quòd quando Dei seruus in oratione per diuinas consolationes visitabitur, ad hunc eas finem dirigere debeat, vt melius maioriq; cum perfectione omnia compleat, ad quæ qualicumq; legis diuinæ titulo obligatur. Hinc quando in oratione consolationes sentiet, status sui obligationes, officij sui munia, & quæ caritas ad proximi opē auxiliumq; in necessitate postulat, examinet. Tūc quippe Deus illi oculos aperiet ostēdetq;, ad q̄ obligetur vtq; opere ea exequatur secū ipse statuat omnes

Consolatio vera orationis, adimplere facit quæ obligationis.

diffi-

difficultates perrumpendo, & c
nes labores ad hoc neceſſarios
plectendo. Si Prælatus fuerit & i
iectos habuerit, videat quæ ſibi
benè eoſdē gubernandos neceſſ
ſint. ſi paterfamilias videat quid
ad filios & famulos in virtute
uandos opus ſit. ſi parētes habe
deat quid agendum ſibi ad obe
tiam & reſpectum quē ijs debe
plendum. ſi aliqua in republica
guitate fungatur, quid lex &
tia ab ipſo fieri velit, conſideret.
diuitias habuerit, proximi nece
tates, quibus & poteſt & deber
currere reſpiciat. ſi doctrina e
cultus ſpirituales proximi nece
tates, quibus vt ſuccurrat carita
ſtulat, intueatur. hæc comple
nitatur, & cetera ob ea quæ im
mis neceſſaria ſunt, relinquat.
hic ſemper Sanctorum ſpiritus,
ſcilicet ſe quibuſcumque labor
offerrent, & rariſſima quæque
quæ conſolationem & vtilitat
magnam ſecum ferebant, etiam
ctiſſima, magno animi robore

Vt proximo ſuccurras, vt obedias, contem-

querent exercitia, quò satisfacerent ijs, quæ iustitia, obedientia, & caritas exigerent. atque huc omnes quas à Deo accipiebant consolationes & visitationes cœlestes referebant. Vnde Ricardus Victorinus in Cantica: sponsa, id est, anima, tacta, id visitata à Deo, statim exsurgit dilecto suo aperturam: nam fauore & gratia quam accipit, ad maiori feruore illum diligendum excitatur, maioríque contentione in proximi salutem incumbit, cum consolando, cõfilijs iuuando, docendo & reliqua caritatis & misericordiæ opera exercendo. Quàm dilecta lectis erat collectio, communicatio cum Deo in oratione, consolationes ac suauitates cœlestes, quas à Deo inter cõtemplandum recipiebant? si quando tamen aliqua se proximi offerret necessitas ad quam obligabat caritas, aut aliqua superiorum obedientia, statim quietem orationis contemplationisque interrumpebant, magnáque celeritate illi necessitati succurrere, hancque obligationem com-

plationis dulcedo deserẽda.

Cap. 14.

complere cotendebant. Ita fecit

Lib 3 c.1. Exemplo S. Bernardi.

D. Bernardum refert Gaufridus vita, qui quamuis sanctum oratio exercitium adeò carum foret, ra træque consolationis, vt omne quo illi impendebat tempus, exiguu videretur: tamen si quando nece tas & salus proximi occurreret, ip interrumpebat, quo huic succurr ret. Hocq; maioris illi emolumen visum auctor ille refert, & hoc Sp ritus sancti instinctu facere illibi

S. Laurentij Iustiniani.

litum. S. Laurentium Iustinian Venetorum Patriarchã tradit Be nardus Iustinianus, quamuis orato ni mentali mirè deditus esset, cæle ad miniculo singularia cælitus do & consolationes recepisset, si for dum eidem vacabat Deumq; in dem gustabat, ad aliquas proxim necessitates vocaretur, dilectam collectionem tanta benignitate, renitate mentis & pace solitum linquere, quasi otiosus fuisset, spectans, donec à quoquam voca tur. Hoc in sanctis his vera op rabatur charitas, qui res non pro

pro

prio commodo consolationeque metiebatur, sed eo quod ad gloriam diuinam magis spectabat, Deiq; voluntati erat conformius. Itaque ea quæ magis necessaria erant minori necessitati, & magis principalia minus principalibus præferebant. Religiosus quidam ex ordine Minorũ, cui nomẽ Dominicus Leonisa, prophetiæ dono, varijsque à Deo gratijs donatus, rogatus, vt historia ordinis refert, à socio, vt aliquod in religione proficiẽdi perseuerandiq; mediũ suggereret, respondit, Nullum dari posse melius, quàm nũquam vt tempus aliquod amitteret quod ad obediendum, orandum, studendum datum esset. sed ita vt studium orationis causa, non vice versa, poneret, & si quando obedientiæ daretur occasio, statim & studium & orationem obtemperaturus relinqueret.

Consilio Minoritæ. p. 3 lib. 7. c. 31.

Nemini autem videri mirum debet, sanctos illos contemplationis suauitatem deseruisse, quò animarũ necessitati succurrerent, aut superio-

rioris præceptis obedirent. nota
cæleſti Hierarch. c. 3 Carth ibi ar. 15. enim, vt ſanctus Dionyſius oppi
notat, omnium operum diuinor
diuiniſſimum, Deoque præcer
gratiſſimum eſſe, illi velut inſtru
mentum ac miniſtrum in animar
Quia id Deo acceptius. conuerſione & profectu cooperar
Nam quò opus melius Deoque p
tius, eò amori quem illi debemus
conformius, & diuini huius amor
argumentum certius, & teſtimoni
clarius. Hoc autem opus eſſe anim
bus proximorum ſuccurrere, dec
rauit ipſe Redemptor Apoſtolor
Principi dum tertiò repeteret, d
Ioan. 21. *gis me, paſce oues meas.* id eſt: in hoc
volo te amorem erga me tuum
ſtatum facere, quod mihi in anim
rum, quas ipſe ſanguine red
meo, ſalute procuranda coope
ris. Quod his verbis declarat Chr
In ſerm. de ſancto Philogon. & de Natali Domini. ſtomus: Non dixit, inquit,
Chriſtus ſi me amas, ieiuna, mater
corpus tuum, relinque cuncta q
poſſides, mortuos ad vitam reno
dæmones pelle: non aliud opus p
tijt, præter hoc, *Paſce oues meas*,

ostenderet, quod quamuis reliqua opera bona Deoque grata sint, hoc tamen quod ad animarum salutionem spectat, maximum esse, & ipsi Deo longè gratissimum. Propterea mirum non est, sanctos quibus hæc adeò perspecta erat veritas, proprij commodi & consolationis exercitia reliquisse, quò animarum necessitatibus succurrerent: participabant namque de spiritu Christi, quem animarum amor & earum saluandarum zelus è cœlis in terram traxit, efficiendo vt in se carnis nostræ vilitas, diuinæ personæ suæ altitudini vniretur, atq; inter peccatores ageret, & tribus ac triginta annis corpus suũ sacratissimũ & inferiorem animæ partem gloria, quæ ei debebatur, priuaret, quò pro animabus pateretur & moreretur: Imprimis autem ponderandum est, tanti sanctos proximi caritatem facere solitos, vt etiam quò necessitatibus eius corporalibus à quibus excusare se poterant, succurrerent, sæpe suauissimam diuinitatis Dei & Scripturarum

rum

rum sanctarum, quarum lectione
meditatione maximopere cap
bantur, contemplationem sepo
rent. Sanctus Ephrem (vt Pallad
refert) monachus, altissimæ cõte
plationi deditus, & solitudi
mantissimus, in qua interdum ta
consolationibus perfundebatur,
Deo infirmitatis suæ conscius di
ret, Gratiæ tuæ torrentes retine
mine; audito, Edessæ multos ob
mem quæ fuerat grassata infir
esse, solitudinem & recollec
quam amabat, & in qua tantis co
solationibus perfundebatur, de
rens, vrbẽ adit, & à diuitibus el
mosynas petens, ex collata stipe
socomium condit, in eoque rec
tos lectulos ad ægros excipien
constituit. hic ijsdem magno affec
seruiuit, & de necessarijs prospe
mortuos autem terræ mand
quin & alijs fame oppressis no
eleemosynas corrasit, quibus ill
inopiæ prospiceret. Anno integ
quo hæc necessitas diruit
diuque hisce officijs incubuit; cu

Excelluit hac in parte Ephrem Monachus. In Lausiaca c. 101.

aute caritate sua non amplius opus esse in vrbe vidit, ad cellæ quietem ac solitudinem redijt. Hoc autem caritatis exercitio tantam sibi meritorum comparauit segetem, vt Deus illum iam ad eam mensuram caritatis peruenisse videns, quæ altissimã peteret gloriam, ad quam eum prædestinarat, post mensem euolutum è vita hac temporali eductum cœlesti donarit. Quantus fuit D. Hieronymi erga Sacrarum litterarum studium & contemplationem amor? quàm hinc & animæ suæ consolationem, & Ecclesiæ fructum collegit? Proximi tamen necessitatibus licet temporalibus succurrere tanti fecit, vt cùm in Bethleemitico suo monasterio ageret, sæpe diuinarum litterarum studium meditationemque ad excipiendos peregrinos vndiquaque eò confluentes interrumperet: quin & Commentarios in Prophetas, quos concinnabat, ad longum temporis spatium de manibus deposuit, vt multis ipse in locis testatur quò hospites alloqueretur,

Et S. Hieronymus.

In præmio lib. 4. in Ierem. *In Præm. lib 7 in Ezech.*

consolaretur, pedes illorum ablu-
ret, & de rebus eis necessarijs pro-
spiceret. Sic igitur Sancti in neces-
tate, caritatis & misericordiæ ope-
ra consolationibus, & suaui diuin-
contemplationis quieti præfer-
bant.

CAP. V.

*Homo hac de causa consolationem, & recollectionem seponens oratio-
nihil amittit, sed multum lucr-
tur.*

NON est autem, quòd mere-
homo, ne quid hac ratio-
de profectu, fructu, & me-
orationis consolatione amitta-
imò certum est hac ratione in om-
bus maius illum sibi meritum col-
gere. Hisce namque caritatis & obe-
dientiæ operibus orationem adi-
uans, præter magnũ illud meritu-
quod hisce sibi promeretur, vbi
orationem redierit, maius illi in e-
dem ad diuinã voluntatem cogno-
scendam lumen, & maius ad ipsa
con-

complendam robur dabit Deus: cõcedetque, vt breuissimo tempore maiorem ex eadem amoris diuini fructum, solidiores, verioresq; virtutes eliciturus sit, quã forsan eliceret, si his se operibus non adiuuaret. Nam vnum è præmijs quæ Deus operibus caritatis in hac vita promisit, est vt animam magis illustret, maioresque illi vires & spiritualem ad omne bonum vigorem suppeditet. vt Isaias Propheta testatur dicens, *Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ erunt sicut meridies: & requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ*, id est, opera gratiæ, oculis diuinis gratissima. si hæc promittat Deus panem terrenum esurientibus porrigenti, ne fortè fame moriantur, quid non dabit ijs, qui doctrinæ & Sacramentorum gratiæ panem animæ frangent, ne prę morte cul- Isai. 58.

te culpæ & pœnę æternæ exiſting
tur, ſed reſurgat & gratiæ, & æte
gloriæ vita viuat? His ergo De
quando ſe ad orandum ſiſtent, m
mor, ſui illos cauſa, conſolatio
qua ante ab ipſo donabantur, ca
re voluiſſe, ſeque proximo dedi
re, maiorem haud dubiè lucem
conſolationem dabit, maiori
abundantia dona & chariſmata
leſtia effundet. Vnde illorum pa
error & abuſus, qui cùm in recol
ctione & orationis mentalis exer
tio, dari ſibi à Deo ſenſus, conſol
tiones ſpirituales, & cœleſtes ſua
tates vident, opera bona, quæ an
exercebant, faſtidire incipiunt, a
ijs flacceſcunt, quò amplius ſe reco
lectioni & orationi dedant: ſibi pe
ſuadentes, hoc ſe pacto maiori
tis quiete & pace ſpiritus fruitur
maioreſque conſolationes & gu
diuinos experturos. Sed eſt aduer
rij noſtri deceptio: vnde enim ma
ius robur & fortitudinem ad ea q
officij & præcepti ſunt complend
maiorem que erga opera caritatis
mile

Deus largiter id remunerat.

Qui contra agunt deludun-tur.

misericordiæ affectum, maiorem ad obediendum superioribus, & æqualibus se & minoribus subijciendum, voluntatem (quæ veri orationis fructus sunt) haurire debent, in eo tepescunt & flaccescunt.

Nihil autem in hoc aliud dæmon spectat, quàm vt recollectionem & sanctissimum orationis mentalis exercitium traducat & calumnietur: homines enim reipsa videntes, aliquos ex hoc exercitio longè alium quàm deberent fructum, maximeq; contrarium elicere, illud fastidiunt, & velut parum proficuum despiciunt, nec suscipere volunt. His considerandum est, nihil esse, tam bonum ac sanctum, quo non abuti homines queant, aut mali inde occasionem captare. Omne bonum nostrum, & vnica mundi salus est Christus, & mysterium crucis, summum tamen hoc bonum nostrum & mundi salus, ait Apostolus, *Iudæis scandalum, gentibus autem stultitiã fuisse*. 1. Cor. 1. Sic & Christi Sacramentis, oratione, & operibus pœnitentiæ & humilitatis,

mali & indiscreti malè vtuntur
tamen propter eorum ignorantiã
aut malitiam, Sacramentorum
pœnitentiarum vsum relinq
debemus; nam hoc maximæ
impietatis signum. Proinde nec
bis, nec cogitatione, in sanctam
collectionẽ, diuinumq; oration
diuinorum contemplationis e
citium iniurij esse debemus; sed
sus & indiscretiones, quas dæm
introducere malitia contendit
gere. Quamobrem relinquere ex
diet ea, quæ diximus: consolatio
bus & dulcedine, quãdo eas ora
ne concedere visum erit Deo, n
vtendo, & ad bonorum operum
ercitium, vti dictum est, dirigend
Pensemus autem, quod sicut q
postquam manè orationem pere
à Deo deinde in bonorum oper
exercitio, consolatione & volupt
te perfanditur, quam quidem ora
tionis tempore minimè sensit, se
post accipit, eò quòd orationi ita
buerit: ita etiam fieri, vt eum qui
in sanctis operibus exercuerit, post

quam

quam ad orationem se componet, lucis & affectuum sanctorum & consolationum donis donet Deus, quæ minimè dedisset, nisi bonorum operum exercitium præcessisset.

Pulchrum exemplū. *par 1. lib. 10 c 19.*

Multis hanc veritatem, quam & sacra Scriptura & ratio ipsa docet exemplis ad oculum demonstrare licet. Legimus in historia fratrum Minorum, in quodam monasterio fratrem laicum magni feruoris & spiritus virum, domesticis officijs, imprimis cibo fratrum parando vacantem, postquam omnia caritatis, obedientiæ, & humilitatis opera impleſſet, ad orationem mentalem concedere solitum; & huic tum magnas Deum consolationes immittere consueuisse. Huic ergo cùm videretur, se, si penitus occupationes domesticas seponeret, & totum se orationi daret, maiori se gratia maiorique inter orandum feruore donandum, superiorem adit orans, vt se ab officijs omnibus eximeret. quod illi superior non inuitus concessit. Ergo cum ad orationem se com-

componeret, & hæc bonorum op
rum exercitia omisisset, non mo
solita in oratione gratia non cre
sed & acceptam amisit. Vnde rei
fuisse deceptum se didicit, & illo
sanctorum operum exercitio, ha
se à Deo gratiam solitum accipe
Rursus ergo superiorem accedit,
sua sibi petit officia & munia lac
manus restitui. Ad pristina officia
uerso, orationis gratiam Deus re
didit, & nouis misericordiæ ope
bus eandem anxit. Idem & in alij
quos tacemus (cùm hoc sufficiat)
ipsa experientia docuit, vt euide
sit, quemadmodum alijs in rebus,
quæ discretio præscribit, seruanda
sunt, ita & in hoc negotio ad vitæ
Christianæ puritatem adeò spectan
te, seruanda esse. Mediocritas autem
seruanda est hæc, vt scilicet, et
propter vrgentes obedientiæ & ca
ritatis obligationes & necessitates,
orationis interdum seponenda si
recollectio, non tamẽ ob quascum
que proximi spirituales aut corpo
rales necessitates, ordinarium oran
di tem-

di tempus, & quod extraordinem interdum sancto huic exercitio damus, omittendum, vt supra pluribus rationibus & exemplis Sanctorum declarauimus. part. 1. c. 6 & 7.

Cap. VI.

Ad puritatem finis necessarium etiam est, nullas in hoc exercitio visiones, nullas reuelationes, similiaue desiderare.

VT intentio qua ad sanctum hoc orationis & meditationis exercitium accedendum est, ita pura sit, vt diximus, opus etiam imprimis est, non desiderare visiones aut reuelationes: verbi gratia, nemo desideret Christum forma corporali videre, quali, dum hæc mysteria viuens operabatur, in terra versabatur, vel quali modo in cœlo est, idque nec oculis corporis, aut animæ, non desideret alias visiones, aut reuelationes, non inter meditandum raptus, non excessus mentales, aut alia exteriora & singula-

ria sanctitatis signa. At satis illi fit
hac vita Christum fidei oculis co
templari: & hac è meditatione ver
& solidas virtutes, integram leg
diuinæ adimpletionem, & sanct
vitæ exempla, vti diximus, elice
Tametsi autem legerit, has aliqu
bus sanctorum visiones, diuinas
uelationes, & raptus ad cœlest
obtigisse, vt reuera obtigere, & p
credi potest, omni tempore in Ec
clesia aliquibus eadem contingere
non tamen propterea sanctis hac
re similis esse velit; sed in perfec
virtutibus, humilitate scilicet, pa
tientia, caritate, & reliquis quas ha
buere, simul & vitę puritate, & fac
cto erga crucem Christi amore eos
sequi studeat. Si hac tentatione ten
retur, Deum ex corde oret, hoc n
fiat, sed hoc det, quod sibi ad divi
nam voluntatem implendam, &
gloriam eius obtinendam maxime
conuenire norit. Consilium hoc im
primis vtile est, & maioris fortè
momenti quam quisquam credat: t
autem melius intelligatur, & in

vsum

vsum reuocetur, aliquot rationes in quibus fundatur depromam. Primò, hæc desideria ab occulta quadam superbia suiq́ue æstimatione, qua quis se ad eiusmodi capacem & idoneum cogitat, suamq́ue sanctitatem alijs prodere vult, nasci solent. Hęc autem superbia dæmoni animum simul & aditum dat, vt falsis visionibus, reuelationibus, consolationibusq́ue & raptibus mendacibus illi illudat: quin & iram Dei prouocat, vt iustè hoc permittat; quod sanè nō permitteret, si hæc homo non peteret, sed præ mentis humilitate eadem à se repelleret, his se indignum planè ducens.

Reuelationes atque eiusmodi, petere superbię est.

Beata Catharina Bononiensis testatur, & manu sua scriptum reliquit, se postquã multas à Deo gratias obtinuisset, quadam vice tentationẽ dæmoniacam, cùm detexisset, de se præsumendo & sibi ipsi complacendo dæmoni dixisse. Nullum mihi tam occultum mouere bellum potes, quin ipsa fraudes tuas mox detegam. In culpæ huius, quæ adeò videtur

Periculo plenum.

In libello ab ipsa scripto, histor. Minorum p. 3. lib. 4. c. 33.

tur leuis pœnam, ait, permitti
Deum, secundò vt à dæmone fall
reuelationibus, quibus credebat
deciperetur. Primò illi apparuit
forma Christi crucifixi, secundo
Deiparę Virginis figuram assumpti
Cùm ergo his & alijs tribulationi-
bus, & miris ariditatibus tentat
timorem Dei non exueret, mag
illi claritate aperuit Deus, quas
veras habuerat reuelationes, fall
fuisse & illusorias, lucem quoque
consolationem, quam hac culpa
miserat, reddidit. Exinde adeò sap
it, simul & alios sapere voluit, vt
mnes Dei famulos admoneret, vt
bi ab inimici illusionibus caueren
nec facilè reuelationibus crederē
nisi antè viri eas docti & periti, a
Ecclesiæ Præsules examinassent.

Alia huius consilij ratio est, quo-
niam quod nobis in hac vita præc-
pit Deus, & in quo perfectio & per-
fectus eius amor, quo gloriá consé-
qui cœlestem possumus, consistit,
non est hæc similia aque habere, non
miracula, non portenta aliaq; opera
pro-

prodigiosa, aut oculis carneis mirabilia patrare, sed Dei legem seruare, perfectè eius præcepta & consilia complere, veras virtutes tenere & exercere, propriam voluntatem abnegare, & crucem, id est, pœnas & ignominias, ob ipsam virtutem sustinere. His in cælum via patet, ita Deus ex toto corde amatur. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* *Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui dilgit me.* Atque in hoc nos se imitari vult Dominus dicens, *Discite à me*, mansuetudinem & humilitatem, *quia mitis sum & humilis corde. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me.* Atque in hoc ait perfectionem consistere, *si vis esse perfectus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me*, vitam meam imitando. Hoc est, quod sanctos sanctificauit, & Dei amicos reddidit, non verò visiones, raptus, miracula, sed humilitas, mansuetudo, puritas à peccatis, mortificatio, patientia in tribulationibus, amor

Virtutibus incũbendum.

Matt. 19.
Ioan. 14.
Matth. 11.
Matt. 24.
Matth. 19.

paupertatis, caritas & misericordi
hanc ob causam, inquit Augustinus
noluit Deus, omnes sanctos mira
cula patrare, sed innumeros & quo
dem eximios, nulla penitus facere
ne deciperentur rudiores, dum mi
racula primaria & maxima esse De
dona crederent. Hæc eius sunt ver
ba: Propterea omnibus sanctis non
permisit Deus, vt ederent miracula,
ne rudiores atq; infirmi tam noxio
animabus errore deciperẽtur, dum
cogitarent, ipsam miraculorum pe
trationem esse maius Dei donum,
quam opera virtutis, quibus æterna
comparatur vita. Cùm ergo virtutes
sint id, quod exigit, præcipit & con
sulit Deus, & quod homines sanctos
& iustos reddit, & in quo omnis vi
tæ huius perfectio & beatitudo stat;
sequitur profecto, hoc nobis esse
desiderandum, & spectandum, alia
autem dona quæ virtutes non sunt,
nec sanctitas, sed exteriora duntaxat earum signa in aliquibus & non
in omnibus, (quòd quoad exteriora
bonis iuxtà ac malis communia sint)

Lib. 83. quæst. qu. 79.

desi-

desideranda non esse, sed prouidentiæ & voluntati diuinæ relinquenda, quæ ijs quibus illa ad gloriam suam expedire, & quos illis rectè vsuros nouit, eadem impertit. Atque hoc non est hisce donis, quando à Deo veniunt, & animæ vtilia futura sunt ianuam occludere; sed fraudi & versutiæ dæmonis, item rebus apparentibus & falsis: quin imò est veris Dei donis eam aperire. nam ordinaria ad hæc dona dispositio est humilitas: homo autem hæc dona fugiens, eorumque desiderium mortificans, eò quòd suæ conscius sit indignitatis & imbecillitatis, ac metuat, quę hic latent pericula, quò magis se humiliabit, eò simul magis disponet, vt Deus hæc illi quando opus fuerit concedat. Vt quando sancti viri Episcopatus & dignitates fugiebant, suique contemptu omnẽ naturæ erga honores appetitum refrænabant, non Deo ianuam, sed ambitioni & superbiæ occludebãt, magisque se disponebant, vt has illis dignitates si quando ita conueniret, con-

conferret. Ita quoque hæc quæ diu fugere, non est ianuam Deo occludere, sed ad omne donum & gratiam quæ à diuina eius manu desecedit, magis aperire: hæc autem Dei cura committenda, vt gratuita hæc dona det cuicumque & quandocumque voluerit. Creaturæ autem est eadem non concupiscere, vti iam dictum est, multoque minus ornamenem, & humilitatis, mortificationis, aliaq; opera in eum finem dirigere, vt ea dona concedat, quæ non ipsa virtus aut sanctitas, sed earum eiusdem testimonia sunt & signa. Hoc quod iam diximus, hisce verbis docuit iam ante Vincentius Ferrerius: Qui Deo seruire voluerint, ne ambiant in oratione, contemplatione, alijsque perfectionis operibus visiones, reuelationes, aut motus quosdam insolitos ijs, qui Deo seruiunt: nam hoc desiderium alicuam superbiæ fibram & fundamentum habet, aut saltem vanæ curiositatis intentionem.

In vita spirit. cap. de remed. contra tentat.

Tametsi autem vnusquisque simi-

lia

lia desiderare non debeat, non ideò tamen, quando alijs Dei seruis hæc contigisse videt, vel audit, eosdem dispiciat, condemnet, aut secus ac debet de ijsdem sentiat. Nam licet primitiuæ Ecclesiæ tempus huiusmodi donis maximè idoneum fuerit, ad confirmandam scilicet fidem quæ tum per mundum diuulgabatur, ad cuius confirmationem, tum miracula fiebant, & reuelationes Deus, & prophetiæ dona conferebat; omni tamen tempore, aliqua horum dona in Ecclesiæ suæ membra, tum ad fidelium consolationem & exemplum, tum ad infidelium conuersionem diffundit. Licet hæc frequenter illusionibus & fraudibus diabolicis exposita sint, vt D. Bonauentura fatetur, dum suo ait tempore visiones & reuelationes, & prophetias falsas non paucas fuisse. & confirmat idipsum sanctus Vincentius Ferrerius, dum ait suo etiam æuo multos falsos & illusorios fuisse raptus: certum tamen

Non temere sententia ferēda de ijs qui habēt reuelationes.

De proces. relig. prol. 3.

tamen est, aliquoties vera esse dic
Dei. Testantur ipsi illi sancti, etiã
temporibus, multi in hoc decip
rentur, multos tamen veras habui
visiones & prophetias, & raptur
rè diuinos. Discat hic ergo Dei fa
uus, non esse in his statim creden
admittendis, & deprædicãdis ve
à Deo profectis facilis autem
ne etiam procliuis ad ea in deteri
rem partem statim interpretan
caueat in intellectus ianua ad n
quam ijs credendum occluden
temerarius aut pertinax esse, sed
dicium suspendat velut de re
quas ignorat, earumque examen
determinationem relinquat ijs q
bus id in Ecclesia ex officio incũb
qui Scripturæ sacræ luce, Sanct
rumque ex doctrina, particular
ponderatis circumstantijs, ve
ritatem discernere &
inquirere pote
runt.

Relinquendum id Ecclesiæ præpositis.

Ca

Caput VII.

In oratione potius voluntas, quam intellectus exercendus, magisq; animæ virtutum affectum, quam speculationem cogitationemq; elicere debet.

Etsi ijs qui peritiores, suffecerit forsan, paucis hoc documentum perstringere, verum quod omnibus prodesse velim, visum est particulariùs ac distinctiùs ipsum exponere. Habere diximus hominem in superiori animæ parte duas potentias, intellectum & voluntatem. Intellectus partes sunt, res intelligere, cognoscere, considerare, meditarj, & videre: ideoque intellectus dicitur, & est velut viuus & perspicax animæ oculus. Eius officiū, spirituales rerum quas intellexit species & imagines conseruare, quò earum recordetur, atq; inde memoria intellectiua dicitur. Voluntatis autem benè constitutæ officium est bonum amare ac desi-

Actus intellectus.

Actus voluntatis.

derare, atque in eo gaudere, spe-
re, & in Deo, quod obtinebit bo-
num, quando difficile quidem fu-
rit, quale est gratia & gloria, con-
dere, atque animum ad id concipi-
re. Econtra malum culpæ fuge-
abominari, ob id dolere, ac trist-
quin & timere, suis diffidere vi-
bus, & aduersus peccatum indign-
ri, fugere quoque pœnæ æter-
quod culpæ debetur, malum. Hi
actus voluntatis: hinc eius esse of-
cium dicimus hasce operation-
facere, quæ in ipsa merè spiritual-
sunt, ac sine vlla corporis transmu-
tatione ac motu fiunt, respondeq-
que alijs similibus actibus in appe-
titu sensitiuo consistentibus, q-
cum transmutatione corporali a
sensibili peraguntur, ideoque pa-
siones dicuntur. Hi sunt actus & o-
perationes volũtatis & intellectus
qui in oratione mentali, rerumq;
diuinarum consideratione omn-
exercentur: in hac enim percipit &
considerat intellectus, & amat bo-
num, & mteuit ac detestatur mal-
voluntas.

Aduer-

Aduertendum autem, primarium quod in oratione spectatur exercitium, & præcipuum qui inde colligendus fructum, non esse intellectus operationes, quæ sunt, intelligere & cognoscere veritates, easque inquirere & considerare; sed voluntatis, quæ sunt amare bonum & odisse malum, ac reliquos affectus sanctos & virtutũ actus, quos iam exposuimus. Hinc quando hęc mysteria meditamur, ita dirigenda consideratio, vt scil. voluntas excitetur, & ad aliquem affectum bonum & voluntatis actum moueatur, v.g. vilitatem homo suam & peccata euoluens, ita hanc considerationem dirigat, vt voluntas actu quodam contemptus suijpsius moueatur, vt ab alijs contemni velit, quod id iustum, æquum, & Dei sit voluntas. Atque hic humilitatis est actus. Perpendens autem, quæ peccatis debeantur supplicia, & quæ Christus propterea passus sit, hanc considerationem dirigat, vt voluntas ad aliquas in hac vita molestias pro Christo patien-

Praxis exercendi actus voluntatis in oratione.

Excitandi affectum Humilitatis.

patiendas excitetur, lætetúrque & exultet in laboribus quos modò patitur: si sunt actus patientię. Perpendens mala & damna peccati, hanc considerationem ordinet, ad peccata plangenda, ob eadem dolendum, pro ijsdem satisfaciendum; atque hi pœnitentiæ actus. Cogitans diuina beneficia ac bonitatem, ordinet hanc considerationem, vt voluntas excitetur ad desiderandum efficaciter in omnibus Dei voluntatem complere: & rebus omnibus mundi præferre: & ante quiduis potius & quodcumque damnum & mortem perferendam, quàm eam in aliquo infringere & transgredi. hi actus amoris & obedientiæ erga Deum. Cogitans verò Christi paupertatem, & quæ in paupertate voluntaria sita sunt bona, desideret, vt aliqua in re sibi desint necessaria, gaudeatque ea qua in præsens premitur penuria. hi actus paupertatis spiritus. Considerans dolores & acerbissimos Christi cruciatus, voluntate abhorreat sensuales & prauas delitias gustus, &

Patientię.

Pœnitentiæ.

Charitatis.

Paupertatis Spiritus.

ctus, & firmiter secum statuat & efficaciter decernat similes delectationes fugere & castigare, carnemque asperitate macerare. hi actus sunt abstinentiæ & castitatis. Idipsum & in reliquis bonis considerationibus agendum, ita scilicet easdem dirigendo, vt bonum aliquem hinc effectum ac virtutis actum eliciat voluntas. Huiusce rei clara admodum est ratio: vitę namque Christianæ bonitas & sanctitas non in bonis conceptibus ac rerum sanctarum cogitationibus, sed in solidis verisque virtutibus, & præsertim in illarum actibus & operationibus, quæ medulla virtutis sunt, consistit.

Abstinentiæ & Castitatis.

D. Thom. 1.2.q.3 a.2.

Ab hoc documento, quod maximi momenti, ac velut radix est & profectus omnis spiritualis, quem ex sancto hoc exercitio elicere debemus, fundamentum, hæ sequuntur conclusiones, quæ notandæ imprimis sunt, vt executioni mandentur. Prima est: non sunt ad benè orandum quærendæ considerationes & con-

Non quærendæ considerationes subtiles; sed piæ & inflammantes.

& conceptus acuti, ac subtiles, ad intellectū duntaxat excitandi conducunt; sed considerationes pias ac deuotæ, quibus excitetur & inflāmetur voluntas. Atq; hic est fructus qui quæritur. Secundā: ad vnā aut multas horas in oratione mentali cēdas nō multis opus est punctis & cursibus, considerationibus, sed illa consideratione, quæ ad voluntatem mouendam excitandamque efficiat. Proinde meditans ex vno puncto celeriter ad aliud, & ex vna consideratione in aliam nō desilire dat oportet, verùm vnum considerando punctum, quod exsecundum nendum sit efficax, ad tempus in persistat, ruminans id, & attentè quietè ponderās, donec ad aliquem voluntas affectum, vti diximus, excitetur. Exempli causa: Disponat quis ad meditandum, quantus amor & misericordia fuerit supremum illam maiestatem, cùm homine nimè opus haberet, carnem se induisse, & nostras in se pœnas, nos ab ijsdem liberaret, gloriam

Inhærendum considerationi mouenti voluntatem.

nobis & participationem diuinitatis communicaret, susceptisse: in hac consideratione eatenus se detinet, donec hoc beneficiũ admirans magnique faciens voluntas ad affectum erga Dominum qui idipsum fecit, & ad illi seruiendi desiderium excitetur. si autem, postquam aliquamdiu in aliqua harum considerationum hæsit, voluntatem minimè moueri sentiat, ad aliam ex iis quas paratas habet transeat, & idem hic agat quod ante, cum quiete exspectãs, donec misericordia ipsum diuina sancto aliquo visitet affectu, petatque sibi eum cito dari, idque desiderando, vti diximus.

Tertia conclusio, quòd quando meditans voluntatem pio aliquo erga virtutem affectu, quales sunt dolor de peccatis, sui ipsius despectio & contemptus, feruens pro Deo molestias patiendi desiderium, vel amor & gustus Dei, aut eiusdem perfectionum atque operum æstimatio & admiratio, & alij (quos ante descripsimus) iam excitatam sentit,

Et tam diu quam hæc affectus flamma durat.

vlterius ad alia puncta minimè
ſeat, ſed in hoc tam diu ſe affectu
cupet, quamdiu durat, etſi totum
orationis tempus impenderet. C
enim hic primarius ſit oratio
fructus, quoties hunc Deus offe
arripiat, etſi à principio oratio
ad finem vſque. Si autem hic affec
deſit, ad aliud tranſire punctum
teſt, cum humilitate exſpectan
ſitationem Domini, ſi autem
voluntatem affectu moueri, ſed
ſe orationis hora ab vna in a
conſiderationem deuolutum
comperiat, non propterea ſe
gat aut turbetur, ſed pacificè ſe
rat, cùm ita diuinam compleat
luntatem, qui primarius eſt
quem ſpectare debemus, vti iam
te declaratum eſt. Ita, inquit D.
nauentura, amator orationis
ſcat ſæpius ad illam recurrere,
tius in eadem ſe detineat, nec
ſeuitate aut faſtidio motus deſer
ſed ad diuerſos ſe mouere affec
conetur, & quando bonum aliqu
affectum concepit, quamdiu

De proceſſ. Relig. c. 11.

rat, in eo se detineat, & ad singula bona auxilium diuinum imploret; si autem vt petit, minimè illi succedat, patienter sustineat, & exspectet. Vt autem facilius & vtilius voluntas hisce affectibus moueatur, eosque in se formet & concipiat, opera danda, vt ex amore Dei eosdem exerceat, id est, ad illi placendum, & quoniam ita vult Deus. verbi causa, quando quis despici, contemni, aut aliquam pœnam subire vult, aut de peccatis dolet, id desideret, vt ita Deo satisfaciat; & quoniam id eius beneplacitum ac voluntas est. atque ita de reliquis. Hunc enim omnibus in rebus nostrum esse finem, par est, iuxta illud Pauli, *Omnia vestra in charitate fiant.* 1. Cor. 16.

Idque ob Dei amorem & beneplacitum.

CAP. VIII.

Desideria & affectus generales singulatim operibus virtutum applicandi, & præsertim virtuti, qua maximè indigemus.

DECLARATVM cum sit quod primarium orationis officium, & præcipuus, qu ex ea haurire debemus, fructus sit sanctos scilicet hosce affectus, & actus virtutum exercere; iam ostendamus oportet, quomodo ijsdem v oporteat. Vbi ergo voluntate De in oratione aliquo affectu ac desiderio sancto mouerit, non satis homini debet, in genere hunc affectum habere, sed per ipsum mox particularia opera & exercitia virtutum descẽdat oportet. Verbi causa, Dat alicui Deus desiderium placendi, ac voluntatis eius implendæ; qui est affectus amoris, hoc desiderium generale sufficere minimè debet, sed ad particularia ven re, & videre in quo pro statu suo, pro

Praxis affectibus excitatis vrendi, & exercendi actus virtutum, Charitatis siue amoris, ad placendũ Deo.

pro boni Christiani officio illi placere queat. & cõsiderare, si cõiugat° sit & familiã alat, placere illi possũ educando filios in timore Dei, malum illorum castigando, virtutum operibus illos applicando, seruos meos lẽgem Dei docendo, & singillatim inducendo, vt Sacramenta frequentent, vigilando quoque, vt peccandi illis occasiones & alia similia præscindam. & in particulari eliciat hoc desiderium & firmiter hoc agere statuat. Si Sacerdos est, cogitet, Ego illi placere possum, maiori deuotione & quiete Sacra celebrando, & melius ante me ad eadẽm præparando, & post magis ex animo & diutius gratias agendo, maiori cum silentio & recollectione in templo agendo, & diuinum officium maiori corporis reuerentia, & animi attentione recitando: seruire quoque illi & placere possum opera caritatis exercendo, ignorantes docendo, confessiones excipiendo, pauperum necessitatibus succurrendo; & in particulari

Idque in statu laicali.

Ecclesiastico:

Religioso.

secum statuat, opere & reipsa ea exequi. Si Religiosus, cogitet, si placere illi possum, mellius re lam meam seruando, fidelius p rioribus meis obediendo, paupe tem magis exercendo. & hoc e firmiter secum statuat.

Cuiuis incipienti.

Ad eundem modum cui prim seruire Deo incipienti, datur in tione ingens desiderium & affec ad in virtute proficiendum & in more diuino crescendum; is mo particularia descendat & dic Quid me impedit, quò minus in v tute proficiam? ratio & experien dicent, Impedit te tua in bonis exc citijs socordia, inordinatus hono ris, & æstimationis ab alijs affect nimium erga delicias corporis stu dium. Impedit te loquendi qua habes libertas, ad vanas conuers tiones & noxios affectus, iræ, impa tientiæ, murmurationis, contentio nis, & nimiæ pertinaciæ licentia mox ergo in particulari propos firmum concipiat, hæc impedimen ta auferendi, & vi eadem abrum-

pendi

pendi. hoc scilicet est à generalibus affectibus & desiderijs ad particularia descendere.

Ad eundem modum, qui considerando virtutum in Christi vita & Passione relucentiũ exempla, illius imitandi, & humilitatem, mansuetudinem, misericordiam, benignitatem, & temperantiam illius sectandi, accipit cœlitus desiderium, non satis illi esse debet generale harum virtutum desiderium, sed particulatim cogitare, quibus humilitatis operibus illum imitari potero? Potero, dando meliorem alijs locum, prius illos compellando, mea non dilaudando, defectus meos non excusando, & vestes elegantes reijeiendo: ita & in reliquis virtutibus, ad particulares illarũ actus, in quibus imitari Dominum queat, descẽdat. hoc firmiter secũ statuat, & piũ hoc propositum ac desiderium valide stabiliat. Ita scilicet ex affectibus ac desiderijs sanctis, quę Deus illi ex misericordia in oratione dare dignabitur, vtilitatem trahet, & in veris

Affectum sequi debet effectus. saltẽ in firmo proposito

ris solidisq; crescet virtutibus, ma-
tamque meritorum segetem col-
get. singula namque desideria &
fectus sanctos, quibus aliquod
tutum opus exercere statuit, nō
ter recipiet Deus, ac si virtutes
iam exercuisset. Nam vt consen-
ad malum non minus castigat, qua
si reipsa patratum esset, ita pro
tum boni non minus remunera
quam si iam opere id homo cō
set. Et licet virtutes omnes ali
modo omnibus necessariæ sint,
eas singuli habere contendere deb
ant: tamen quoniam vno eodem
tempore æquali contentione om-
bus quis incumbere non potest,
vnus hac, alius illa virtute magis in-
diget, quòd maiorem natura ad hā
repugnantiam & acriores tentatio-
nes experiatur, propterea seruum
Dei par est, præsuppositā gener
illa eius ad omnia peccata & culp
vitandas contentione, maiori a
quamdiu in illa virtute compara-
da studio incumbere, quam sibi de-
esse & magis esse necessariam com-
perit,

Et hoc remunerat Deus, ac pro facto habet.

Insistendum maximè virtuti qua quis inprimis indiget.

perit, donec illam, quietius firmiusque possideat. Et tunc orationem ac horum mysteriorum meditationem ad hos potissimum affectus & efficacia illius virtutis desideria elicienda dirigat necesse est. Verbi gratia, si deesse sibi patientiam comperiat, ad vera, pro Deo molestias, aduersa, repugnantiaque patiendi, desideria elicienda, orationem dirigat. Si fraternam caritatem, cogitationes dirigat ad affabilitatem erga proximos exercendam, neminem quantum quidem licuerit, contristandum, & omnibus benè faciendum. Tunc autem quis ad tempus aliquod, idem propositum prosequitur, quando licet mysteria quæ meditatur diuersa sint, ex illis tamen elicere affectus virtutis quam ambit, studet. Nam vt, qui scientiam aliquam aut artem percallere vult non hodie vnam, cras alteram discit, sed ad aliquod tempus vni incumbit, donec eam plenè assequatur: ita qui benè virtutem aliquam habere desiderat, in illam maximè, per tempus

Et eò orationem dirigendam.

Simile.

Licet materia aliâ atq; aliâ.

aliquod incumbere ipsum par est, omnes huc actiones, & exercitia, præsertim orationis dirigédo. Hæc autem, quam quærit virtutem, comparando, nullam penitus aliam amittit, nam quoniam illæ connexæ & catenatæ sunt, vbi vnam perfectè nactus fuerit, omnes iam nactus est.

CAP. IX.

De attentione ad sanctum hoc exercitium necessaria, deq; mediis, quibus ea comparatur.

VT oratio mentalis & horum mysteriorũ cõsideratio prout par est, fiat, seruus Dei quãtum potuerit, elaboret necesse est, vt in eadem cum attentione & interiori potentiarum suarum recollectione se occupet: ne scilicet à torpore, somno & inertia se vinci sinat, nec in pusillanimitatem cadat, nec vanis & inutilib⁹ cogitationib⁹ distrahatur: sed corde sit viglij, excitato, viuo, & ad ea, quæ meditatur, atten-

Attentio in omni oratione necessaria.

attento, huc omnem intellectum & voluntatem applicando. Hæc attentio licet ad orationem etiam vocalem necessaria sit, in mentali tamen inprimis adhibenda. Potest enim quis sine attentione actuali ad aliquod tempus vocaliter, licet imperfectè orare; at, si attentio in mentali deficiat, nihil prorsus meditans agit. hinc pretiosum quid est oratio mentalis, ob maiorem attentionem & sensum qua peragitur, Certum est enim, lingua tacente, & animæ attẽtione exterioribus verbis non applicata, interiorẽ ad res diuinas attentionem intensiorem, perfectiorem, viuaciorem & ad omnes sanctos voluntatis affectus mouendos efficaciorem fore. Et tametsi hæc attentio sine vlla hominis culpa, in oratione deesse queat & mentali & vocali, ac voluntas, & diligentia, qua quis ad meditandum se componit vtilis esse non desinat, quando scilicet sine vlla eius culpa, vti diximus, deest attentio; tamen, vbi ad meditandum contemplandum-

Maximè in Mentali.

Part. 3. c. 1.

que se quis accingit, adnitendum ei est, vt quam maximo ad parandam attentionem studio incumbat: nam hac deficiente tota deficit oratio. Tum verò, quòd quò in rebus diuinis meditandis attentiores fuerimus, eo & Deus in nobis benefaciendo futurus sit attentior, & maiori luce cœlesti intellectum illustraturus, & vehementiore amore diuinum affectum inflammaturus. interiori namque attentione anima ad Deum pertingit, & proinde quò maiorem attentionem adhibet, eò & propius ad Deum accedit, magisque de donis eius participat. Quoniam autem angeli boni dum orantibus assistūt, in hoc Deum imitantur, certum est animam, quò magis ad attentionem in oratione comparandam enititur, eò & Angelos magis mouere & inuitare, vt sibi oranti adstent, id secū agētes, quod angeli superiores cum inferioribus, à multis nempe illam ignorantijs purgando, & illustrando, intellectiuam potentiam confirmando, sanctos illi conceptus, & perfe-

Hæc enim sine attētione nulla est.

Cum ea, mouet Deum.

Mouet Angelos.

perfectiorem, clariorem, distinctioremque rerum diuinarum cognitionem ingerendo: voluntatem etiam mouendo, & sanctos ac dulces in ea erga res diuinas affectus excitando, aperiendo quoque, quam illæ amabiles, suaues & conuenientes sint. Hæc aliaque bona adfert debita in oratione attentio: quæ bona magno suo damno & ignominia perdit, qui culpa sua à somno, inertia, aut distractionibus, attentionem tollentibus vinci se patitur.

In præparatione meditationis petenda à Deo attentio.

Iam media quibus hanc comparare homo queat videamus. Primũ est, humili illã supplicatione à Deo petere, proinde inter ea quę in principio orationis petenda sunt, hæc etiam locum obtinet, vt scilicet infinita sua misericordia, & passionis suæ meritis virtutem nobis & gratiam concedat, qua debita cum reuerentia & attentione coram maiestate eius compareamus. Deinde, ea quæ de vita ac passione Christi Domini meditanda sunt, velut præsentia oculis obijcere: ne scilicet in

sola imaginatione Ieruſalem aliaq; terræ ſanctæ loca, in quibus hæc contigere myſteria, adeamus, ſed coram nobis & in præſentia noſtra fingamus ſtatuamuſq; locum incarnationis, natiuitatis, & alia. itaq; cõſideremus myſteria, quaſi modò coram nobis agerentur, internis animæ oculis hic Virginem, Angelum, & puerulũ Ieſum intuendo, & quę hic loquuntur verba audiendo. Documentum hoc id omnibus rebus corporeis quas meditamur, obſeruandũ. Nam ita maiori eaſdem cum ſuauitate, & attentione meditamur & viuacius perfectiuſq; menti repræſentamus. Si verò quæ meditamur, ſpiritualia ſunt, verbi gratia, animæ, ſubſtantiæ angelicæ, & perfectiones diuinæ, dona gratiæ, aliaque beneficia diuinæ, vel nullo eadem fingere oportet loco, (hoc enim minimè eſt neceſſarium, nullo enim continentur loco vti quæ corporalia ſunt.) aut ſi illa in loco aliquo cogitamus, vti & cogitari queunt, etiam ea nobis præſentia fingere poſſumus. verbi cauſa

Rei meditandæ quaſi præſentes inhærendũ.

bonita
medita
fingam
animas
culos v
præſen
Ita ſcil
reſque
Tert
ridebe
cauſa ſi
medita
nes cog
dendo.
primit
huic ex
noſtru
quæ no
hinc ſi
mus,
occur
nos di
de vti
aperi
riamu
ditan
ad D

bonitatem & pulchritudinem Dei meditantes, illum nobis præsentem fingamus: hic & gloriam, angelos & animas beatas, quasi nobis ante oculos versarentur, & nos omnibus præsentes essemus, consideremus. Ita scilicet maior paratur attentio, resque facilius considerantur.

Materia Meditationis præcogitanda.

Tertiò, vt quando homo meditaridebet, vel noctu, vel mane, ea de causa surgendo, excitatus, puncta meditanda animo voluat, alias omnes cogitationes, etsi bonas, excludendo. Permagni quippe refert, vt primitiæ temporis & cordis sancto huic exercitio dentur: quia enim cor nostrum valdè delicatum est, facilè quæ nocere queunt illi adhęrescunt: hinc si alij rei, etsi bonæ, locum demus, hæc orationis tempore nobis occurret, aut alias mouebit, quæ tũc nos distrahent & mouebunt. Proinde vtile fuerit, vt oculos corporis aperientes, etiam mox animæ aperiamus, vt videamus, quæ nobis meditanda sunt, & desideria & affectus ad Deum dirigamus, illum inuocando,

cando, desiderando, & propter ipsi
suspirando, ad illum aspirando, &
cum illo loquendo. Quando aũ
verò tempore oratio erit instituen-
da, adiuuare eam poterit lectio pru-
uia, vt alibi diximus: alias curas &
opera seponendo, eaque Deo com-
mittendo, vt etiam alio dictum
loco.

In tractatu de rosario ad ver. 2 §. 1. & libello de imitatione B. Virg. c. 24.

Postquam autem orationem ita
inchoauimus, violenter omnes alio-
rum rerum cogitationes abijciendæ
sunt, non modò vanæ & malæ, sed
etiam bonæ, quod huius loci ac
temporis minimè sint. Vanas autem
cogitationes, tam ex nostra infirmi-
tate quàm dæmonis astu, quò ora-
tionem impediat, nobis occurren-
tes reijciendi modus is est, vt eis non
attendamus, nec easdem excuti-
mus quales sint, nec aduersus singu-
las depugnemus, sed animum ab ip-
sis auertamus, conceptum quem cœpi-
mus prosequendo, & vlterius in eo-
dem procedendo: aut si ipsum inter-
rupimus, mox ad eundem reuertem-
do: prudentis & discreti viatoris
instar,

Inchoata Meditatione, omnes alienæ cogitationes abijciendæ.

Simile.

instar, cuius magni refert non cessare, aut quiescere per iter, qui, si canelli allatrent, aut ab alijs ad loquēdum, aut fabulandum vocetur, aut ab ipsis irrideatur, ad illos se minimè conuertit, nec illos intuetur, sed vlterius procedit, iter suum prosequens. Ita seruus Dei agat oportet, quando inter orandum aliquæ cogitationes, aut imaginationum impetus irruant, non respiciat, quales sint, sed omittat, eas non considerando, nec respiciendo, sed punctū, quod meditari cœpit, sine vlla turbatione prosequendo. Idem faciendum est graues contra castitatem, aut Deū sint tentationes, ne scilicet, eas respiciendo, se occupet, sed filum orationis prosequatur. Non est autem quod vllum inde damnū metuat, hoc ipsum enim non respicere, nec illas intueri, & audire nolle, sed abhorrere & resistere, admirabilis eadem reijciendi est ratio. Ita suadet sanctus Gregorius, in illud quod de cæco, (qui in via Iericuntem versus audiens Christum transi-

Simile.

Prætereūdæ sunt quasi surda aure.

Optimus ille eas vincendi modus.

tranſeuntem, illum inclamantes cens, *Ieſu Fili Dauid, miſerere* qui, etſi ab alijs reprehenderen inhibentibus ne clamaret, non ſpondit, ſed maiori feruore & tiori voce clamauit, *Ieſu Fili Dau* Luc. 18. *miſerere mei*,) narrat S. Lucas; & ſæpe nos, dum orationi incumbim exagitant peccatorum cogitation & imaginationes, atque hæc est tu ba, quæ nos impedire conatur mol autem faciendum eſt, vt quò cogit tionum ſtrepitus nos magis exag tat, eò maiori ardore orationi in ſtamus, maioriſque conatu Christu inclamemus, donec cogitationu moleſtiam vincamus, & audiamu & illuſtremur. Optima ergo adv nas & malas cogitationes, quæ tem pore orationis perturbant, arce das pellendaſque eſt ratio, violen ter & diligenter orationem & con ceptus noſtros proſequi, & affectu deſideriumque cordis ad Deum ſo ſtollere, clamando, donec cogita tiones euaneſcant. Si autem nec tunc quidem abeant, non propterea ſi ſtemus,

stemur, aut turbemur, sed patienter sustineamus, à manu diuina hanc molestiã accipiẽtes & eam ob amorem Dei pati volentes, atque hæc sæpe maior nobis erit de inimico victoria, & maius apud Deum meritum & lucrum, quam si statim inimicus fugeret, nosque ab omni aliena cogitatione liberos sineret.

Si durant tolerandũ propter Deum.

Cap. X.

De alijs ad attentionem in oratione parandam mediis, & qua eadem moderanda discretione.

Quae hactenus ad attentionem in oratione parandam media suggessimus, necessaria sunt & maximè vtilia, at omniũ præstantissimum & optimum est verus & feruens Dei amor. Hic scil. reuera cor Deo colligit, ipsumque vt attentum & in mysteriorum & operum Dei ipsius consideratione quietum sit efficit. Hic cum facilitate à corde inutiles & vanas cogitationes in oratione & extra eam occurrentes

Feruens Dei amor attentum facit. *Gregor. in moral. lib. 30 c. 12. in noua edit.*

rentes pellit. nam vt ipsa ait Ve-
Matth. 6. tas, *vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum*: id est, vbi amor est hominis, vbi res est amata, ibi eius cogitatio. Ita quoque ipsa docet experientia: nam quod multum amamus & desideramus, de hoc assiduò cogitamus, idque sine difficultate aliqua, & etiam nihil minus volentibus animo occurrit, quod ex corde diligimus. Vnde sequitur, quòd, sicut quæ peritura terræ bona, quæ varia & plurima sunt, amant & desiderant, eadem cogitãt, ita ex corde vnicum & æternum, quod est Deus bonum, & omnia propter ipsum amando, cogitatio nostra ad eundem feretur, & facilè ac sine labore vllo, intellectus cogitatione in ipsum Dominum & mysteria quæ ex bonitate & infinita caritate pro nostra operatus est salute, feremur. Hinc Climacus ait:
Grad. 28. Vt militis in ducem amor elucescit, si in prælio pro ipso decertet, ita tempore orationis facilè apparet, quem homo diligat. si enim Deum amat, cogitatio ad ipsum fertur.

Hoc

Hoc ergo sancto exercitio reipsa in Dei amore crescamus. quo enim eũ amplius diligemus, ita facilius & frequentius de ipso cogitabimus. Vbi ergo magnum ac vehementem amorem habuerimus, qui in corde nostro omnem rerum terrenarum amorem & affectum deleat, magna dulcedine & quiete de ipso cogitabimus, & omni tempore & loco cor ad ipsum visitatione quadam amabili sublatum, & suaui quodam amore illi vnitum, habebimus.

Nihil autem adeò hominem in oratione turbat, & animam alienis ab eo loco ac molestis cogitationibus distrahit, quam anxij de ijs rebus, quæ ad officium suum & salutem æternam spectant timores. Tunc temporis siquidem homo timet, ne eius quod illi ex officio iunctum est post orationem obliuiscatur, vt valeat efficere: angitur, an quod illi præceptum est, benè an verò secus succedet: an hæc & illa sit impedimenta habiturus: an in hoc quod egit peccarit nec ne: an confiteri

Quæ maximè turbent & augant in oratione.

teri idipsum teneatur an non, & to
alia huiusmodi. In rebus autem a
salutem spectantibus, hæc in prim
metũ incutiunt, an de electorum nu
numero nec ne: perseueraturus nec
an non: an saluandus, an condem
nandus: Optimum ad omnes hos
timores superandos, & cor quie
tandum, & aduersus omnes diffi
ctiones, quæ hinc nascuntur firma
dum, remedium est, totum se in D
manus resignare, omnia in diuina
voluntatis beneplacitum referre, &
in diuinam eius prouidentiam re
cere, vti iam declarauimus. Facia
quantum certitudine morali pote
ad quod ex parte sua obligatus est,
& quod illum facere vult Deus
cumque videbitur iuxta id quod p
uit, & alij ipsi consuluere, omn
obligationes (iuxta regulam, quam
supra posuimus) in omnibus quæ
offerunt compleuisse; tum secun
statuat, tam in hac vita, quàm in alia
tam in tempore, quàm in æternita
te, contentus esse eo quod Deus se
creuerit, quodque non aliud nec

Dionys. Carthus. contra inordin. cor. art. 27.

Quomodo superanda.

Faciendo quod moraliter possumus & debemus; & in Dei voluntate se totaliter resignando. *p. 1. c. 1. & p. 2. c. 5.*

plura

plura petet, quàm ipse petat. Et si homo patri carnali à quo genit⁹ est, ob amorem quo illum se prosequi nouit, etsi is paruulus ac mutabilis sit, vti amor creaturæ peccatis subiectæ, fidat, nec non & amico, ob aliquam quam in eo expertus est bonitatem: quanto magis homini confidendum in Deo, qui infinita bonitas est, qui infinito hominem amore diligit, è nihilo condidit, & quantum à parte sua tanquam filium suum patiendo & eius causa moriendo genuit, quique eius bonum & salutem, etiam longè magis quærit, quàm ipse desiderat, & desiderare potest. Qui autem tale nondum in anima robur ad hoc modo se in voluntatem Dei ex corde resignandum sentit, non propterea animum contrahat, at hoc ipsum petat, & petere non desinat, donec hęc illi detur benedictio.

In habenda attentione, nō vtendum violentia.

Hæc sunt media, quibus attentio adeò in oratione mentali necessaria & proficua, procuranda est. Sed aduertendum discretione hic opus esse,

esse, scilicet, vt ita ad ea, quæ medi-
tanda sunt, homo attentus esse co-
netur, ne nimia ad eam parandā
vehementia vtatur, nec vi quadā
vehementi rebus meditandis ima-
ginationem applicet. Nam hæc vio-
lentia & nimia vehementia noce-
aliquando capiti, & orationis fru-
ctum impedire posset. Velle nam
deuotionē & motū è rebus diuinis,
nimia violētia imaginationē & pe-
ctus cogendo, elicere, animā potius
aridam facit. proinde seruanda me-
diocritas, ne scilicet inter orandum
nimium quis negligens & remissus
sit, & à vanis se cogitationibus, vt
dictum est, abripi sinat: item ne se
fatiget, & nimio opere ad attentionem
colligendam affligat; sed viuo & vi-
gili corde sit, ad attentionem ha-
bendam adnitatur; sed suauiter, ne
distrahatur laboret; sed sine vlla
fatigatione faciat necesse est. cre-
dens cùm attentio donum Dei sit,
vti ante diximus, si quidquid ex par-
te sua est, Dei gratia cooperante,
idque labore quem ipsa poscit to-

Nocet e-
nim.

io, sine vllo excessu faciat, Deum ipsam concessurum.

Caput XI.

In meditatione à rerum corporalium & visibilium cogitatione ad spiritualium & inuisibiliumtranseundum.

VT in sancto hoc exercitio multum proficiamus, vtque facilius & suauius peragatur notandum est Documentum aliud magni momenti, quod sancti omnes magni fecere, scilicet, cùm in hisce mysterijs visibilia & corporalia quædam reperiantur, quæ dum fierent sensibus percipiebantur, iam verò imaginatione percipiuntur; quædam etiam spiritualia & natura sua videri nescia, quęque solo intellectu percipiuntur: ne nimium corporalium consideratione detineamur, sed mentem ad intellectualem rerum spiritualium considerationē sustollamus: præsertim quando quis diu iam mentalem orationem exercuit

Gregor. in moral lib. 6. c. 27. D Thom. 2.2. q. 182. ar. 3. Gerson. de medit. & simpl p 3. c 7. Dionys. de profect. charit. ar. 46.

In meditando, mens à corporalibus ad spiritalia transferenda.

cuit in ea iam versatus, tiro nam
non ita idoneus est mentem ad
quæ purè spiritualia sunt, eleuare

Modus meditandi pœnas Inferni.

Quoniam hoc documentum
omnibus rerum corporalium me-
ditationibus commune est, pri
aliqua de alijs materijs exempla po-
nemus, dein ad alia de vita & pas
ne Domini descendemus. Qui pœ-
nas infernales meditatur, primò
imaginatione, latitudinem, long
tudinem, profunditatem loci infe
gat, quasi præsentem haberet, ig
vehementiam, animas corpori
inclusas in eundem cõiectas, tetra
maleolentiam, vocum cõfusionem
gustus amaritudinem, & singulo
sensuum tormenta. Vbi anima h
perpenderit, ad excitandam se
harum pœnarum granitatem sect
at ac timeat, statim ad peccati (qu
hanc pœnam promeretur) turpitu-
dinem considerandam, quo ipsum
abhorreat & detestetur, intellectum
erigat. Simul etiam æquitatem &
magnitudinem diuinæ iustitiæ &
maiestatem Domini læsi, quin etiam

pœnæ

pœnæ æternitatem, & gloriæ iactu-
ram (quæ spiritualia & inuisibilia
sunt) intueatur: ac dein admiratio-
nem, timorem, & reuerentiam con-
cipiat. Considerat aliquis mortem, Mortem.
quæ meditatio permagni momenti
est, is fingat corpus suum ægrum le-
cto affixum, vires paulatim, visum
& colorem amittere, atque cum
morte luctari: post mortem id ab o-
mnibus deseri, & terra obrui, in qua
putrescat. hæc omnia corporalia
sunt. his aliquantum immoratus, ex-
citet se ad rerum mundanarum con-
temptum. dein digrediatur ad spiri-
tualia: puta, animæ ex hoc corpore
egressum, in alteram vitam ingres-
sum, rationem Deo reddendam:
quantum sit bonum in iudicio Dei
liberum & æterna dignum gloria
iudicatum esse; quantum econtra
malum, condemnari, & ignibus æ-
ternis adiudicari: virtutis quoque
dignitatem, quæ tam felicem habeat
finem, & peccati malitiam, quod
tam funestam nanciscitur catastro-
phen. horum consideratione motus

ad virtutem amandam, & malu
fugiendum excitatur. Hoc ergo mo
do corporalia consideranda sunt, a
visibili & corporali scilicet mens
abstrahendo, & ad inuisibile & spi
rituale conuertendo. Eundem etiam
modum in vitæ & Passionis Domi
mysteriorum consideratione vsu
pare possumus. Duo exempli loco
adferemus. Natiuitatem Domi
meditans, imaginatione sibi finga
vile diuersorium, & patulum vnde
quaque stabulum, puerulum benedi
ctum, tenerum, paruulum, paupere
in duro reclinatum præsepi, frigore
tremulum, & lacrymas effundentē
Compatiatur paruulo, eius pauper
tatem & humilitatem exteriorem
perpendens. Hæc corporalia sunt.
Deinde intellectum ad spiritualia
sustollens, amorem & caritatē con
sideret, qua suprema illa maiestas
carnem nostram mortalem suscipe
re voluit, quò nos diuinitatis sue
participes redderet, nostram quoq;
paupertatem & humilitatem, quò
diuitias & gloriam daret. Sequamur
huius

Natiuitatem Domini.

huius bonitatis & amoris admiratio, & taliter amantis, redamatio. quam dignum & æquum sit hoc imitari exemplum perpensio, quò se ad imitationem excitet. Eodem modo captiuitas Saluatoris meditanda. primò considerandum, quod corporale est, quomodo nimirum satellitum ipsum turba circumdet, manus viuciant, catenas funesque collo injiciant, violenter abducant, capillos euellant, barbamque expilent. Dein ad spiritualia procedendum, cogitandumque Saluatoris magnitudinem & potentiam, qui nostri causa adeò malè habetur, simul & mansuetudinem, quâ hasce iniurias & vexationes, ac causam ob quam easdem perferat, nostra scilicet peccata. Idē & in reliquis mysterijs, ad melius dictos affectus eliciendos, seruandum.

Eiusdem captiuitatem.

Ratio autem, cur corporalibus non nimis inhærere, sed ad purè spiritualia statim transcendere debeamus est, primò, quia in corporalium meditatione, eò quòd hic organis

In corporalium nimia meditatione fatigatur anima.

ganis & potentijs corporalibus vtitur, anima maiorem molestiam & defatigationem sentit, vnde & tædium & morē cōcipit, & à sancto hoc exercitio redditur alienior. Adhæc nimia hac & nimis profunda rerum corporaliū apprehēsione, tandē sanctis tempore in parte æstimatiua lęsionē sentit. hinc fit vt sępe credat se rem videre & audire, q̄ tamen reuera nō videt nec audit, sed dūtaxat imaginatur. Ad hæc similia q̄; absurda euitanda, satius fuerit bonam orationis partem rerum spiritualium meditationi impendere, quæ intellectu peragitur; in quo minùs defatigatur anima, maioriq̄ cum libertate & suauitate in eo procedit.

Fit ad meditandū spiritualia ineptior. Lædit æstimatiuam.

Alia ac præcipua ratio est, quia (iuxta diuinam ordinationem) res corporeæ & visibiles, tam creaturarum, quàm sacratissimæ humanitatis Iesu Christi, institutæ sunt, vt illarum adminiculo velut gradibus ad spiritualia & inuisibilia Dei conscendamus; atque ijs velut medijs ad cognitionem & amorem Dei attol-

Corporea & visibilia sunt gradus ad spiritualia. *Rom.* 1. 2. *Cor.* 4. *v.* 6.

lamur

lamur. Proinde conuenientissimum & vtilissimum fuerit, ita seruum Dei horum mysteriorum meditatione vti vt per hanc disponatur, quò Deus illum ad purissimam diuinitatis suæ contemplationem euehat, quæ perfectam animæ cum Deo vnionem (quæ per ardentissimam fit caritatem) efficit. Certum est autem animam, quò in rerum se diuinarum cõsideratione magis à corporalium imaginibus & similitudinibus denudat, magisque in purè spiritualiũ meditatione exercet, adiuncta puritate conscientiæ & imitatione Christi eo magis se disponere & aptiorem reddere, vt Deus pia sua manu ad contemplationem, id est, clariorem Dei cognitionem, ac perfectiorem amorem sustollat. Consilium hoc omnes sancti & viri spirituales tradunt. De humilitate autẽ & reuerentia, qua horum mysteriorum adminiculo ad diuinitatis contemplationẽ quis ascẽdat, & de cõsiderationibus ad hanc non parum conducentibus deinceps agemus.

D. Gregor. lib. 23. Moral. c. 13. in Eze. hom. 17.

D. Gregor. vbi supr. Rusbroch. de vera contempl. c. 7. Dionys. de med. ar. 4. capp sequ. & c. 18.

CAPVT XII.

De spiritualibus sacratissimæ Christi Iesu humanitatis perfectionibus, quæ in sacris hisce mysteriis considerandæ sunt.

AD adiuuandum porrò & consolandum eos, qui in sancto hoc exercitio proficere egregiè volunt, distinctius & copiosius spiritualia, quæ in hisce mysteriis circa humanitatem & diuinitatem Saluatoris nostri Iesu considerari queunt, exponemus: quæ scilicet in horum vnoquoque considerare liceat. Circa sacratissimam Redemptoris humanitatē, quādo hæc mysteria meditamur, bonum fuerit, exteriorem ac visibilem sacratissimi illius corporis perfectionē ac pulchritudinem cōtemplari: cùm enim immediatè à Spiritu sancto, & consequenter à tota Trinitate (nam vnius personæ opera ad extra omnium trium sunt) organizatum, & singulari quodam ac supranaturali modo, è si-

In humanitate Christi considerāda corporis perfectio exterior.

è sacratissimis purissimisque Virginis sanguinibus compactum & cõpositũ, & cũ persona diuina vnitũ fuerit, certũ est ipsũ inter omnia, quæ vnquam fuere aut post futura sunt corpora, pulcherrimum ac perfectissimum fuisse quantitate, proportione, consonantia, & membrorum omnium elegantia, coloris viuacitate & claritate, vultus suauitate, modestia, & loquendi, & eundi grauitate, & reliquis omnibus. quin & sancta quadam maiestate venerandum, interdum malis terribile, sed & dulcissimum ac amabile. Quamuis autem hanc perfectionem & pulchritudinem exteriorem considerare liceat, non hanc aut illã in particulari figuram (nam hoc distractionem afferre posset) sed in generali formam quandam maximè perfectam imaginando, vt ita in eiusdem amorem excitemur, & simul ardentissimum ad illum aliquando in cœlo glorioſum videndum desiderium concipiamus; imprimis tamen cõsideranda est inuisibilis illa

Quo modo.

Quo fine.

sanctissimæ humanitatis perfectio
Ipsius inquam altissima dignitas
quòd scilicet infinitum Dei habere
esse, quoniam personę Filij Dei vnita est: quod in altissimo collocatum
sit loco, quo nullus maior esse aut
cogitari potest: quia immediatè
ipsius Dei persona sustinetur, tali
vinculo intimo, & vnione adeò arcta, quę efficiat, vt is ipse qui homo,
simul sit Deus. Cogitemus, quàm dilecta à Deo sacra hæc humanitas
fuerit, quam solam incõparabiliter
magis dilexit, quàm totum vniuersum. omne enim esse, quod creaturis
tam terrestribus quàm cœlestibus
dedit finitum ac limitatum est; at
sacratissimæ huic humanitati esse
infinitum est, & quod non creatum,
sed creator ipse est. Consideremus
auctoritatem & potẽtiam eius. nam
quia personæ diuinæ vnita est, debita
illi ius & Dominium in omne quod
creatum est, & vniuersalem quam ad miracula, prodigia, & quidquid
in cęlo & terra vellet, operandi potestatem. Atque ita Christus Domi-

Sed inprimis interior, eius scilicet subsistentia.

Quàm humanitas Christi Deo dilecta.

D. Tho. 3. p q 24 a 9.

Eius auctoritas & potentia.

nus

nus, non solum in quantum Deus & creator, verum etiam in quantum homo & redemptor, est vniuersalis cœli terræque, omnium hominum & angelorum rex & Dominus. Verùm in quantum Deus, à se ipso potestatem habet, id est, à nullo accepit, atque hæc potestas est penitus infinita non modò in omne creatũ, verum etiam, ad de nouo creandum quidquid creari possibile est. At in quantum homo, ipsam à diuinitate accepit, estque potestas vniuersalis spectans mundi redemptionem, & in omnes homines & angelos Dominium. Considerem us item pulchritudinem & sanctitatem sacratissimæ illius animæ, quæ ita ineffabiliter omne quod dici & cogitari potest excedit, vt in eo ipso puncto quo condita fuit gratia infinita in genere gratiæ plena fuerit: id est, habuerit gratiam omnẽ possibilem secundùm potentiam Dei (iuxta ipsius sapientiæ ordinationem,) & gratiam immensam & illimitatam, non modò pro se, sed etiam ad eam

D. Tho 3. p q.13. art. 1 & 2.

D. Thom. 3 p q 7 a. 10 & 11. Animæ sanctitas & decor.

velut caput in omnes mundi & alio-
rum mundorum infinitorum (si es-
ſtarent) homines effundendam, q
eâ in rem ſuam vti vellent. Etiam
gratiam illam erat & per excellen-
tiam caritate & amore, tam erga
Deum quàm homines, tum etiam
virtutibus acquiſitis & infuſis &
Spiritus ſancti donis, cum pulcher-
rimo gloriæ lumine, plena, atque ita
ipſa ſola maiorem amorem De
virtutem & gratiam habebat & mo-
dò etiam habet, quàm omnes simul
homines & angeli, idque eo exceſſu,
nulla vt ſit comparatio. Erat ad hæc
ſummâ gloriâ plena, nam à primo
creationis ſuæ inſtanti, diuinam vi-
debat eſſentiam, eratque beata, vti
modo eſt; etſi gloriam in hac vita
corpori, nec inferiori animæ parti,
quò pro homine pati poſſet, non
communicaret. Conſideremus &
glorioſiſſimæ illius animæ ſapien-
tiam, quæ maxima & infinita, iam
iam inde à primo creationis inſtan-
ti, vti eſt modò, fuit: nam ab illo in-
ſtanti ſciuit & vidit quidquid Deus

Idem 3. p. q. 10 ar. 2. & 3.

Et ſapien-
tia.

fecit

fecit & faciet, quæ fuêre & vnquam futura sunt, omnes omnium hominum & angelorũ tam bonorum, quã malorum iam inde à mundi exordio cogitationes, & quas ad vsque finem mundi & per infinitum æternitatis spatium habituri sunt. has inquam omnes præsentes habebat & videbat sanctissima illa anima, simul & omnes creaturarum omnium naturas, & illarum numerum, perfectiones, virtutes proprietates & successus, tam hominum mundi huius, quàm alterius, tam illorum qui in tempore, quàm qui futuri in æternitate, & tamdiu futuri, quàm diu erit Deus. omnia inquam hæc videbat & sciebat clarissimè, vti illa modò videt & scit. Immensum hoc diuinæ sapientiæ pelagus, quod illam benedictam Christi animam nobilitat, & perfectiones illę spirituales potentiæ, gloriæ & pulchritudinis, quæ sacram illam humanitatẽ summè admirabilem reddunt, simul & alię virtutes humilitatis, mansuetudinis, misericordiæ, benignitatis,

quas in mysterijs vitæ, Passionis
Resurrectionis Dominicæ relucet
dicimus, spiritualia sunt, quæ cons
derare debemus. Hæc autem cons
deratio efficiet, vt altius ac digni
omnia opera & verba Christi Salu
toris ponderemus, & sentiamus: ex
citemurque magis in amore Dom
ni illius, qui etiam in quantum ho
mo & frater noster, dignitate, po
tentiaq; exiſtit altissimus, gratia &
pulchritudine elegantissimus con
ditione suauissimus, & in omni vir
tute perfectissimus, sapientia mar
mè admirabilis, summaq; reuere
tia & amore dignissimus. Et quoni
hæ spirituales perfectiones huma
nitatis Christi figura quædam vna
diuinitatis sunt, & speculum in quo
ipsa relucet & videtur perfectiss
mum, quod vnquam Deus condid
iam quomodo per illos ad perfe
ctionum diuinitatis considerati
nem ascendere & peruenire de
beamus, prosequemur.

CA-

Cap. XIII.

Quomodo in sancto hoc exercitio animum ad perfectionum diuinarum considerationem attollere debeamus.

PAR est, vt dixi, à mysteriorum vitæ, ac Passionis Dominicæ meditatione intellectum ad diuinitatis eius contemplationem attollere. Inprimis, quia vti diximus, hic primarius est finis ad quem horum mysteriorum consideratio instituta est, nempe ad maiori cum claritate diuinitatem Dei cognoscendam, perfectiusq; illam amandam ascendere. Neque enim amare bonum possumus, nisi cognoscamus: quò autem melius cognoscimus, eò magis, quantũ est ex parte cognitionis, ad ipsum amandum mouemur. cùm verò omne bonũ nostrum, & omnis vitæ Christianæ perfectio in diuina natura amanda consistat, inprimis in eiusdem considerationem incumbamus necesse est, ad melius

Ab humanitate Christi ad diuinitatem ascẽdimus.

melius eam cognoscendam, ac perfectius amandam. ad hoc horum humanitatis Iesu Christi mysteriorum, in quibus diuinitatis perfectiones adeò relucēt, meditationes maximè deducimur. Nam etsi omnibus creaturis, quò naturalia Dei sint opera, diuinitatis ipsius conditoris vestigium & imago appareat, & per illas ad perfectionum diuinarum cognitionem, quę naturali quidem lumine cognosci queunt, assidere valeamus, & prę sertim per animam hominis, quæ non modò signum & nota, sed & imago licet imperfecta, diuinitatis est; multò tamen magis & altiùs in diuinarum perfectionum notitiā per supernaturalia Dei opera & effectus gratiæ & gloriæ quam hominibus simul & angelis communicat, venitur. & imprimis per id quod in sacratissima illa humanitate, quam Dei Filius assumpsit, operatus est, ac per mysteria vitæ ac Passionis eius. Hic enim incomparabiliter magis quàm in reliqua vita infinita Dei bonitas, immensi-

Perfectiones enim Dei in humanitate Christi maximè relucent.

2. Cor. 4.

D. Ambr. lib 4 ho. in cap. 4. Luc.

mensa eius liberalitas, pietas, misericordia, caritas, amor, incomprehensibilis sapientia, infinita potentia, & summa iustitia elucent. Multum quidem bonitas, liberalitas, caritas apparent in eo quòd omnibus creaturis esse, ac virtutē, animalibus vitā, animab⁹ humanis & angelis immortalitatē, intellectū, liberū arbitrium, & diuinitatem suam videndi, gloriaque fruendi capacitatem contulerit: multò verò magis in eo quod sacratissimæ huic humanitati infinitum diuinæ personæ suæ esse dederit, præter alia gratiæ & gloriæ immensæ, quam illi communicauit, dona. Quantum orbes cœlestes magnitudine granum sinapi, quod in terra est, excedunt, tantum & multo magis, quod bonitatis suæ signum dedit Deus in ijs, quæ in sacra hac Filij humanitate & per hanc operatus est, excedit reliqua quæ eiusdem signa dedit. Atque ita Incarnationis opus hoc dignissimum est eo, qui Deus est: nam præcipuum quod ab homine petit Deus, est, ab illo ama- Bonitas. Amor.

amari : vt autem ametur, nihil potuit esse cõuenientius, quam modo tam ineffabili bonitatem & amorem suum nobis declarasse.

Potentia. Potentia Dei multum quidem lucet, quod cœlum terramque ex nihilo condiderit: verum quantum ad operis naturam, multo resplendet clarius, in eo quòd duas res tam distinctas, quales sunt diuina, & humana natura, in vna persona combinarit; & quod per res in oculis mundi viles, quales sunt ignominia Passionis, tormentum ac mors crucis, peccatum & mortem vicerit, mundum conuerterit, sanctificarit, beatificaritque animas. nam esse naturale quod mundo (ipsum è nihilo cõdendo) dedit nullius omninò valoris est, respectu esse supernaturalis, quod animabus, ipsas iustificando & beatas reddendo, concedit.

D. Thom. 1.2.q.113. art.9. Sapientia &reliquę. Idem est de sapientia, misericordia, iustitia & reliquis Dei attributis sentiendũ, quæ vti diximus, in his mysterijs vitæ & Passionis Christi magis, quàm in reliquis Dei operibus

bus resplendent. Hinc bene dicimus, horum mysteriorum adminiculo, ad perfectionum diuinarum considerationem nos posse ascendere.

Cap. XIV.

Aliaratio, quæ ad perfectionum diuinarum considerationem sacris hisce mysterijs iungendam inuitat.

A diuinitatis Christi considerationedescendendum ad humanitatis.

Non solum (ob rationes, quas diximus) ipsa diuinitatis consideratio, cum humanitatis iungenda, ab operibus scilicet humanitatis ad perfectiones diuinitatis ascendendo; verum & cõtra contemplationi diuinitatis adnectenda humanitatis: nempe, à diuinitatis ac perfectionum diuinarũ consideratione ad sacram humanitatem descendendo, vt summè, & dignissimè de mysterijs, quæ per eam Deus operatus est, sentiamus, & veriorem ex illis fructum eliciamus. Omnia enim opera, verba, dolores Christi Domini, sublimiora & mira-

mirabiliora tunc nobis videa
quando magnitudinem & maie
tem eius, in quantum Deus, contem
plamur. Hinc Euangelista Ioann
Incarnationis mysterium expon
rus, qua scilicet, *Verbum caro fact*
est, quò digne de mirabili hoc opere
sentiremus, præmittit ante omn
quale sit hoc Verbum, æternum fi
licet, quia *In principio* rerum omn
erat, verus Deus, & rerum omnium
auctor. Narraturus item actum hu
militatis & caritatis, quem in vlt
ma cœna Christus, discipulorum
abluendo pedes, ostendit, vt pro
ac oportet hoc exemplum pondere
remus, primò Domini magnitud
nem & auctoritatem exponit, tu
eam quam in quantum Deus per
ternam generationem habet, tu
eam quam in quantum homo per
nionem cum persona diuina acc
pit, dicens, *sciens quia omnia dedit*
Pater in manus, id est, Patrem ab
terno illum vt Deum, qualis ipse fi
æqualiter æternum genuisse: &
tempore, morti & vitæ domin
tum.

Egregiè id præstitum à S. Ioanne Euang.

Ioan 1.

Ioan. 13.

tum, per excellentiam potestatem dimittendi peccata, salutem, iustificationem animarum, hominum iudicium, gloriam iustorum & reliquos Dei thesauros dedisse: & scies, *quia à Deo exiuit*, tum quod ab æterno ab ipso genitus esset, tum quod in mundum veniisset factus homo: *& ad Deum vadit*, quò ad illius dexteram consideret. Vbi inquam declarasset, quæ ad diuinitatem & excellentiam personæ Christi spectãt, mox ipsum humilitatis quod patrauit opus enarrat, dum peccatorum pedes abluit, docens nos, quò dignè & vt oportet de Christi humanitatis mysterijs sentiamus, opus esse primò magnitudinem & perfectionem diuinitatis eius contemplari. Adeò vt sicut in persona Christi humanitas diuinitati iuncta est, & hæc humanitatem exaltat & nobilitat, & illa vicissim magnitudinem & gloriam diuinitatis, quamque digna sit, quæ diligatur & metuatur, ostẽdit: ita in horum mysteriorum meditatione diuinitatis consideratio, cum

Diuinitas humanitatem exaltat. Humanitas diuinitatem clarificat.

cum humanitatis iungenda, &
per aliam excitanda & iuuand
A consideratione enim diuin
ad quam per creaturas ascend
ad sacratissimæ humanitatis m
ria descendendum, ac vicis
mysteriorum humanitatis con
platione, ad diuinitatis asce
dum.

Diuini autem huius artific
est; quod licet in creaturis o
Dei perfectiones sese exerant,
to tamen magis in ijs perfect
quæ magnitudinem, maiest
potentiam & sapientiam eius
ostendunt, quam quæ ad bonit
misericordiam caritatem, ac i
eius referuntur, apparent. At i
sterijs humanitatis Christi, i
mnes diuinitatis perfection
splendeant, & qui purum de
tumque animæ oculum habere
melius easdem, quàm in r
Dei operibus cerneret; tamen
hic se exerunt, & in oculos
incurrunt perfectiones ad bon
tem, misericordiam, amorem,

uitatem, ac iustitiam diuinam spectantes, quàm quæ ad maiestatem, magnitudinem & potentiam Dei eiusdem pertinent. Hinc in creaturis per ea, quæ de illis nos naturalis docet ratio, & fides, magnitudinem, potentiam, pulchritudinem & sapientiam Domini, qui ipsas è nihilo condidit contemplantes, statim ad opera humilitatis & patientiæ, quæ is ipse nostri causa operatus est, naturam nostram assumendo, & in eâdem tales contumelias & dolores pro salute nostra patiendo vbi descendimus, altè & dignè hæc mysteria intelligimus & ponderamus, eadem vt tanti & potentissimi Dei opera considerando. quò autem humanitatis opera humiliora sunt, & inferiora, maioremque contemptũ includunt, & quò pœnæ, tormenta & dolores maiores, eò maioris valoris, pretij, gloriæ ac pulchritudinis verè nobis videntur, eò cariora & dulciora sunt, eò magis ad amorem, deuotionem, recognitionem, gratiarum actionẽ, & Domini ipsius imita-

imitationem excitant, cùm scili
ante cogitauerimus quis sit Do
nus, qui hæc agit opera, & hos
lores sustinet. Postquam autem
tentè ac maturè humilia & dolo
sa humanitatis Christi opera pen
dentes, ad eius bonitatem, mise
cordiam, caritatem & suauita
diuinitatis considerandam pe
nimus, manifestiùs hæ appar
perfectiones, quòd, cùm tantæ
iestatis, potentiæ & gloriæ Dei
set & Dominus, ad tam grauia,
milia, & dolorosa, hominis è mi
rijs & peccati malis & pœna æte
liberandi, eumque diuinitatis
gloriæ suæ participem reddendi
go, descendere voluerit. Hæc po
diuinitatis ad quam per hæc sa
mysteria ascendimus considera
est (vti diximus) incomparabil
altior, perfectior, & ad aman-
dum & glorificandum
Deum, effica-
cior.

Cu

Caput XV.

Singillatim aliquæ perfectiones diuinæ recensentur, vt quomodo considerandæ sint, innotescat.

Quoniam expedire & vtile in sancto hoc exercitio esse diximus, diuinarum perfectionum considerationem, cum horum mysteriorum meditatione cõiungere, necessarium videbatur, in vsum eorum, qui id per studia & in scholis non didicere, distinctè & breuiter declarare, quid sacra Scriptura & Sanctorum doctrina per perfectiones diuinas, quæ nobis occurrunt sæpius considerandæ, intelligant. Dicimus ergo primò, Deum æternum, & ipsam æternitatem esse: id est, durationem eius, & esse, principio caruisse, nec habituram finem; nec in illa successionem, mutationem, varietatem vllam esse, sed semper vniformem manere, id est, vno semper modo & tenore. Reliqua omnia suum habuere principium: è

Perfectionum Dei præcipuæ, quæ.

Æternitas.

D. Thom. 1 p. q. 10.

nihlio quippe sunt condita. & hu
aliqua, vt animæ rationales, ange
& corpora cœlestia nullum habe
ra sint finem, habere tamen possu
Nam in nihilum illa redigere pos
Deus, si ea conseruare desinat. &
metsi iam esse permanens (sed par
ciparum) Deo conseruante habe
in operationibus tamen varietat
& successionem habent. At in D
nihil horum est nec esse potest. n
vt principium non habuit, qui
nullo dependet, ita nec desinere p
test esse. quia esse à seipso hab
Proinde considerandum omné m
gnitudinem, maiestatem, gloria
& perfectionem, quam hodie De
habet, semper habuisse.

Immutabilitas. *D Thom. 1p q 9.*

Hinc sequitur & alia Dei perf
ctio, quòd scilicet sit immutabil
id est, quòd nunquam vlla in
fuerit, nec esse possit mutatio. O
nibus in rebus aliqua fuit mutat
& multis eædem mutationibus o
noxiæ sunt; nam à non esse, ad e
quod habent transîêre, & ex quo e
cœpere, mutatæ sunt, nouas acc

endo formas, perfectiones, aut qualitates, aut noua loca in angelis atque animabus Beatorum hoc videmus: tametsi enim in esse maneant & gloria, quantum tamé ad locum, & quantum ad intelligendum ea, quæ ante ignorabant, & nouum accidentale gaudium, quod ante non habebant, concipiendum, mutari queunt. At in Deo, quantum ad diuinitatem, nulla harum reperiri mutatio potest. neque enim mutare locum potest, vt qui omni in loco sit, & si alium de nouo crearet mundū, in ipso esset, non quod ipse mutaretur, sed quod ille de nouo mundus creatus mutatus esset à non esse ad esse quod reciperet; nec in se nouam Deus aliquam perfectionem acquirere potest, quia infinitus est, & omnes quæ esse & concipi perfectiones possunt, in se continet.

Simplicitas.

Alia Dei perfectio est, quòd sit simplicissimus, id est, non est in ipso vlla compositio, nec partium, aut rerum diuersarum mixtura. Corpora composita sunt, vel è membris & par-

D Thom. p 1. q 3.

partibus quantitate sua distincta
vel è materia & forma, & si viuant
anima constant & corpore. Omnia
hæc magnam imperfectionem ar-
guunt, nec in Deum cadunt, qui in-
finitè perfectus est: neque .n. corpus
est, nec figura corporea, nec qua
talem fingere Deum oportet; sed
spiritus purissimus est, & substantia
maximè spiritualis, id est, esse &
substantia multũ ab omnibus hisce
imperfectionibus quas in alijs cor-
poribus videmus, aliena, infinitæ
nobilitatis & pulchritudinis, &
ipsa perfectio infinita. atque ita illa
contemplari oportet, non imagi-
nando in ipso figuram, aut formam
aliquam particularem. Hinc sequi-
tur, in Deo non esse accidentia, nec
quidquam naturæ eius extrinsecum
subiectũ enim q̃ habet accidẽtia
ijsdem iam perfectionem accipit,
corpus à calore, qui eius est accidens
& anima & angelus perfectionem
recipiunt à gratia & virtutibus in-
fusis, quæ accidentia sunt; at Deus
nullo recipere perfectioné possit,
quæ

atq; ita nec habere accidentia. Hinc etiam sequitur, quod, vbi Deus est, ibi sint omnia quæ in Deo. Nam vt ipse est simplicissimus & sine partibus vti diximus, non potest habere partem hanc vnam in vno loco, illam in altero, sed in omnibus cœli terræque partibus, & in harum singulis cum omni sua maiestate & magnitudine præsens est, vnamquamque creaturam, etiam minimam cõseruãs & gubernans, sicut est in toto vniuerso simul, singula conseruans.

Sequitur inde & alia perfectio in Deo notanda, quòd sit actus purissimus: id est, ad ipsum velut primum principium, & primam causam pertineat, cæteras causas mouere, operari in omnibus, & omnibus bona & perfectiones communicare, ipse tamen nõ moueatur, nec aliquod incrementũ recipiat: item, q̃ nullam mensurã, limitẽ, nec terminũ admittat, quoniam immensus est: cumq́ue omnia ipso indigeant, ipse nullo.

D. Thom. 1 p. q. 2. a. 3. & q. 3. de I.

Actualitas.

Omnipotentia.

Alia perfectio Dei est ipsa omnipotentia, id est, potest omnia, &

D Thom. p. 1. q 25.

quidquid voluerit potest, semperque fit, quod ipse efficaciter & determinatè vult. In creaturis & præsertim hominibus & angelis potentia & operandi quidem vis est, sed limitata: hæc enim facere possunt, nõ illa; & ad ea, quæ facere possunt, multis opus habent auxilijs & instrumentis. Rex, etiam potentissimus, ad regnum regendum, quot ministris & magistratibus, à quibus iuuetur, opus habet? Ad regem inimicum profligandum, quot militum copijs, exercitibus & armis eget? Magnus artifex ad opus aliquod faciendum, quot ferramentis, artificijs, & materialibus opus habet? Creaturarum etiam potentia à violentia & resistentia alterius impediri potest, vti videmus in sole; qui quamuis magnam ad illuminandum & calefaciendum vim habeat, nubes tamen ex leuibus vaporibus aqueis congelata, illi resistit, & impedit quò minus illuminet terram & calefaciat. At Dei potentia ab omnibus illis imperfectionib' libera est

est: potest omnia, & nihil est, quod non possit, nec quisquam illi resistere potest. Et ad faciendum quæ vult & potest, nullo opus habet, nō instrumento, non materia, non tempore; nam solo verbi sui imperio, solaque voluntate, & è nihilo, & in instanti, sine vllo denique labore, facere potest quidquid vult.

Sapientia D Thom. 1.p.q 14.

Alia in Deo perfectio est, quòd sit infinitè sapiens. In hominibus & Angelis sapientia inuenitur, sed limitata, vt longè plura sint, quæ ignorant, quàm quæ norint: & ista quæ sciunt, non comprehendunt; nam quantumuis multa de illis norint, plura tamen scienda restant; & ea etiam quæ iam norunt, maiori perfectione scire possunt. Et illa etiam quæ scire possunt, nō simul & iunctim intelligunt, nec cōcipiunt, sed modò hoc, modò illud intelligunt. Non ita Dei se habet sapientia, quia est infinita, hac ipse nouit omnia, tam quæ iam inde à principio mundi fuere, quā quæ deinceps futura: nec modò magna, verùm et-

iam minima, ipsos quin etiam aëris atomos, & omnes aquarũ maris guttas, quarum numerum perspectum habet, nec modo ea, quæ in exteriori sunt superficie, sed & quæ in terræ visceribus, abyssо maris, & hominum cordibus abscondita delitescunt: nec modò, quæ iam fuere & erunt, sed & infinitè plura. nam nouit quidquid fieri possibile est, id est, omnia, quæ facere Deus potest; & omnia quæ nouit, etiam comprehendit, id est, perfectione quadam infinita nouit. Et quod maius, comprehendit seipsum, q̃ ex se est, scire quidquid sciri potest. Et omnia illa quę nouit futura, corã videt, & velut præsentia habet: adeò vt in scientia eius nõ sit tẽpus præteritũ, nõ futurum, vti nobis est. omnia.n. eius ęternitati præsentia sunt: nouit quoq; & videt omnia, non successiuè vnum post aliud, sed simul omnia. ita vt visio & consideratio vnius, non impediat aliarum. Et licet actualiter omnia videat, illius tamen visus, tam nihil propterea impeditur & turbatur,

tur, à videndo & contemplando seipsum, quasi aliud non videret, nec intelligeret quam vnum seipsum. nam ipsa eius essentia diuina exemplar est & prototypō rerum omniū: atque ita seipsum intuendo omnia quam clarissimè videt & cognoscit.

Hinc alia nascitur perfectio in Deo considerandā, scilicet, quòd sit infinitè beatus. Creaturæ omnes intellectuales, quæ in cœlo agunt, beatæ sunt, Deum intellectu facie ad faciem clarè videndo, voluntate illum amando, & illo fruendo. Et pro claræ Dei cognitionis mensura, amor erga Deum & gaudium quod ex ipso recipiunt magnus est, aut paruus. Verum nulla Deum creatura comprehendit; nam quantumcumque clarè & perfectè quidquid in Deo formaliter est videat, & cognoscat; semper id eò quòd Deus infinitus sit, videri & cognosci maiori claritate & perfectione potest. Et quoniā nemo beatorum ipsum cōprehendit, hinc nemo ipsum amare infinito amore potest, nec infinito

D. Thom. p. 1. q 26. Beatitudo

gaudio perfrui: etsi tanto ipsum amore ament, tamque intensa delectatione eo beati gaudeant, vt nemo quid amplius eo quod habet, desiderare queat: totam namque capacitatem proximâ voluntatis sue amore & gaudio plenam habet. Solus Deus seipsum comprehendit, & se videt & cognoscit quantus quantus est, & quantum cognosci potest, idq; infinita claritate & perfectione: atque ideò se ipsum infinito amore diligit. Hinc sequitur, beatissimam & supremam illam substantiam, quæ Deus est, infiniti gaudij & infinitæ delectationis pelago plenissimâ esse. Hæ perfectiones, quas iam exposuimus, & reliquæ, quas eò quòd intellectu faciles, particulatim non enarramus, sunt quæ in Deo, ob rationes & fines quos diximus considerandæ sunt. De discursibus autem quibus mentem ad eadem considerandas attollere possimus, deque reuerentia & humilitate quam in ijs considerandis adhibere debemus, iam mox loquemur.

CA-

Cap. XVI.

De aliquibus discursibus, ad meliùs perfectiones diuinas considerandas.

DVOBVS anima modis ad attentè & vtiliter diuinas perfectiones considerandas ascendit. Primò quando à Deo motione & supernaturali quadam vi mouetur & sustollitur, luciſque, ac splẽdoris supernaturalis radijs prę-uenitur ac visitatur. Hæc notitia dicitur ánagogica. nam eò à causa suprema, quæ est Deus, eleuatur, quò naturaliter pertingere nequibat. Tunc porrò ipsam ad contemplandum ea, quæ in Deo sunt, opus minimè est facere discursus, aut vllas rationes formare. nam tunc sine inuestigatione sua, & vllo labore, magna claritate & perspicuitate, qualem fides patitur, naturam, potentiam, bonitatem, pulchritudinem, & reliquas Dei perfectiones contemplatur, & maxima cum suauitate Deum

Bernar. in epist. ad fratres de monte Dei D. Bonau. de 7. grad. contempl. Dionys. de contempl. lib. 1. art. 42.

Orationis mentalis modus extraordinarius, est notitia Anagogica.

ipsum deguſtat, illiq; ardétiſſimo & dulciſſimo amore vnitur. tota renouatur, & viuificatur memoria rerum cognitione, intellectus luce & claritate cõpletur, volũtas deniq; ſuauiſſimi amoris igne inflãmatur. Cœleſti quodã rore perfunditur, cui tota innatat cum recreatione: vnionẽ quandam diuinam recipit, qua toraliter confortatur, qua tepor fugit, omnes praui motus & paſſiones abſcedunt, totaque feruore, deuotione ſanctiſque affectionibus repletur. Hanc porro notitiam & cõtemplationis donum, nõ modò humilibus, qui litteris operam dedere, ſed & alijs, qui nunquam ſtuduerũt, etiam mulieribus, quando cum humilitate vitæq; puritate ſancto huic ſe orationis mẽtalis dant exercitio, elargitur Deus. Quodque etiam magis admirabile eſt, interdum etiam ijs, qui in virtute admodum imperfecti ſunt, & nonnſi primum meditationi ſe dare incipiunt, quò ſcilicet (ſicut benè S. Gregorius & Bernardus notant) in ſancto hoc exercitio

1. hom. 17. in Ezech. vbi ſupra.

ercitio perseuerent, & ad pristina vitia nauseantes non redeant. hinc gloriari, aut præsumere nemo debet, nec cogitare, iam multũ se profeciſſe, si interdum se à Deo donis ijs, quæ singularibus & intimis amicis suis elargiri solet, visitatum sentiat. *Dionys. Cathus. li. 2. de cont. ar. 4.*

Alter quo ad pefectionum diuinarum considerationem anima ascendit, modus sit via ordinaria, industriâ scilicet & diligentiâ humanâ, cum gratiæ diuinæ auxilio à creaturarum contemplatione ad notitiam creatoris, & mysterijs humanitatis Saluatoris ad diuinitatem eiusdem ascendendo. Et secundus hic modus ordinarius ad primum est dispositio. nam Deus sicut ijs, qui benè donis suis naturalibus vtuntur, supernaturalia concedit, ita ijs, qui rite ordinarijs & communibus gratiæ donis vtuntur extraordinaria & admodum singularia elargitur. In secundo hoc modo locus est discursibus & ratiocinationibus, quarum hic aliquas vtiles & salutares in

Ordinari per discursum siue ratiocinationẽ.

meditando proficere volentibus futuras (vti reipsa experientur) ponamus.

AEternitatis consideratio per discursum.

Vt aliquo modo æternitatis Dei intelligatur perfectio, etsi mundus iam secundùm extensiorem septuaginta interpretum supputandi rationem, nonnisi sexies mille septingentis, & octoginta aut circiter annis steterit, at quoniam illum Deus longiori ante spatio quam concipere ipsi possimus creare potuit; ponamus quandam centum mille annorum ante mundum durationem, & consideremus ante hoc tempus Deum fuisse. Ponamus & aliam ante hanc quingenties mille sæculorum durationem, atque ita paulatim sursum ascendendo diu multiplicemus, & ante hæc omnia Deum infinita duratione & spatio exstitisse consideremus. nam hæc omnia complectitur æternitas. consideremus inquam ipsum non modò exstitisse, sed & adeò magnum, potentem ac beatum vti modò est; & hanc in ipso perfectionem admiremur, & de eadem gau-

gaudeamus. Quin & hoc discursu erui æternitas potest. Tam vastum temporis fingamus spatium, quale iam descripsimus, deinde cogitemus etiam maius & longius quid æternitatem esse: rursus & aliud spatium & durationem multo maiorem: deinde imaginemur hanc æternitatis intuitu velut momentum & temporis instans esse, nam infinities maior est æternitas. Atque ita semper ascendere possumus, donec Deum talem durationem se dignam habere admiremur & ex animo gaudeamus.

Aliarum Dei perfectionum, Bonitatis, Pulchritudinis, &c.

Ad melius autem pulchritudinẽ & suauitatem, simul & bonitatem, sapientiam, omnemque Dei perfectionem intelligendam, cogitemus Seraphinorum omnium à Deo conditorum primus & supremus, quam pulchra, suauis, bona, sapiens & perfecta creatura sit: quantam admirationem & exultationẽ aspectu esset suo allatura, quantam æstimationem & reuerentiam sui in intuentium animis excitatura, siquidẽ Angelus ille Ioanni Euangelistæ imagi-

imaginaria visione apparens, tan
in ipso reuerentiam & admirati
nem causarit, vt coram illo in ter
Apoc. 19. & 22. se prostrauerit: & licet ab Angelo
faceret inhibitus, denuo appare
eandem reuerẽtiam exhibuerit. H
consideratis fingamus dein alia
creaturam centies millies Seraph
no illo pulchriorem, & aspectu
cundiorem, meliorem, sapiẽtio
rem & perfectiorem. Cogitem
quàm admirabile & iucundum
turum sit, huiusmodi creaturam
spicere: hoc modo paulatim asce
damus ad contemplandam creat
ram adeo elegantem, bonam, sap
entemque, quæ summam suo aspe
admirationem, voluptatem & de
ctationẽ causetur. Mox intellect
attollamus, cogitemusque Deu
infinitè pulchriorem, meliorem,
mabiliorem, & perfectiorem e
quàm quidquid cogitare possim
adeò vt licet creaturas vsque &
que pulchriores, meliores, asp
ctu amabiliores fingeremus, ta
tamen infinities pulchrior, melio
&

& visu iucundior, reliquis omnibus appareret. Attentè ergo, diu, & maturè talem pulchritudinem, bonitatem, sapientiam, iucunditatem, ac perfectionem admiremur, quæ infinities quidquid cogitatione fingere possumus, excedit: Gratiasque agamus & ex animo Deum esse talem exultemus.

Ad magnitudinem, maiestatem, potentiam, & immensitatem Dei considerandam, sibi homo terræ magnitudinem, (quę, iuxta Philosophos minimam illi attribuentes, septem leucarum millia ambitu complectitur: nam alij Astrologi, vt Aristoteles ait, maiorē illi multo magnitudinem ascribunt) fingat. Deinąque magnitudinem consideret, quę (ex Philosophorum sententia) decies terra maior: quia, vt ait D. Thomas Dionysium in Angelorum secutus numero, quò creaturæ nobiliores sunt & superiores, eo & quantitate & numero maiores. Consideret deinde aëris capacitatem decies aqua, & centies terra patentiorem: mox

Arist. lib. 2. de cœlo. Immensitatis.

Titelman. in Philos. lib. 5 c. 3. Cauellus lib. 2 de cœlo c. 5. D. Thom. 1 p. q. 50. ar. 5.

mox elementi ignis, qui supra aëra, licèt non resplendeat, quoniam ei propria est materia, & aëre rarior, secundùm hanc proportionẽ decies aëre, & millies terra maior est. Mox ad primi orbis magnitudinẽ imaginationẽ cõuertat, ascendat deinde sequentẽ priore multo maiorẽ cogitãdo, donec ad octauũ, quod firmamentum stellarum stelliferum, pertingat: quod adeò amplum, vt singulæ quæ in eo sunt stellæ, & nonnullæ candelæ instar videntur, vt Philosophi tradunt, centies terram superet magnitudine. quæ cum innumeræ sint & earum quæ oculis notabiliter magnę apparent (quarum numerum Astrologi subduxere,) maiores (vt ipsi tradunt) centies & septies terra, minores, decies & octies, terra maiores sint, quãta cęli futura magnitudo, ꝙ innumeras tota terra maiores habet stellas? Ascendat vlterius & noni cœli (quod crystallinum, nonnulli primum mobile dicunt: sed alij rationibus ex eo quod reipsa orbium cœlestium motibus percipitur.

Ex magnitudine partium vniuersi.

Titelman. lib. 7 in Philos. c. 5.

D. Thom. p. 1. q 68. a. 4.

pitur elicitis moti docent præter cryſtallinum, aliud decimum eſſe) magnitudinem contempletur. Quin & tum vlterius progrediatur, cœliq; empyrei, quod non mouetur, & beatorum domiciliũ eſt, immenſam magnitudinẽ ſpectet. hoc plenũ Angelis beatis intueatur, quorũ finguli magnitudine ſpirituali maiores ſũt, quã reliquũ vniuerſum corporeũ. Aliquãdiu immẽſam illã magnitudinẽ & numerũ creaturarũ propè infinitum admiretur; tum animę oculos erigat, cõſideretq; quanta maieſtas, amplitudo, poteſtas deniq; ſupremi illius Dei, qui vniuersã hãc mundi machinã, & hanc immenſitatẽ & multitudinẽ creaturarũ vnico momento è nihilo condidit: idque ſolo diuinæ voluntatis ſuæ nutu, & quòd eadem facilitate, alio momento, & alio velle ſuo de nouo alios innumeros mundos, qualis hic, creare poſſet. Hic anima quieſcat ſuſpenſa, talem magnitudinem, potentiam & auctoritatẽ Domini mirata, magnãque in ſe complacentiam, gaudium & iu-

Titelman. in Philoſ. lib. 7 c. 12.

& iucunditatem concipiat, qu
Deus adeò magnus, & potenti
iestate, omniq; perfectione tan
incomprehensibilis.

Harum autem consideratio
è perfectionibus diuinis elicitar
& è creaturis acceptarum, sa
hisce Christi mysterijs applica
rum modus hic est. Postquam
oculis mysterij, quod meditari
historiam, verbi gratia, natiuit
aut captiuitatis Dominicæ, qu
dit, aliquandiu mysterium sepo
intellectum sustollat, & disc
hisce simili aliquam è diuinis per
fectionibus contempletur: quam
aliquamdiu perpendit, simul &
gnitudinem, pulchritudinem, po
tentiam, & maiestatem Domin
nuo oculos in mysterium, quod
posuit conijciat, ipsumq; pon
rando consideret. Ergo Dom
ille, cuius magnitudo, pulchritud
potentia; & maiestas intellectu
meum exhauriebat, summaq
mihi admirationem injiciebat &
quodammodo extra me rapiebat, is
ipse

In mysterijs vitæ Christi, quomodo vtendum consideratione diuinarũ perfectionum.

ipse puerulus est, qui in hoc præsepi iacet: is est vir ille venerandus, qui funibus ligatur, malè à militibus excipitur? Has ergo & alias quas diximus mysterij circumstantias cogitans, perpendat & amorem, quo hęc omnia ob nostri salutem ipse pertulit, & humilitatem ac mansuetudinem qua sustinuit: ac aliquamdiu in eis anima hæreat. tum sæpenumero viscera sibi commoueri, suaues ab oculis lacrymas promanare, voluntatem pijssimis admirationis, compassionis, amoris, & virtutes filij Dei imitandi desiderij affectibus sentiet concitari; qui præcipuus est fructus, quem Dei, à quo omne procedit bonum, gratiâ elicere ex oratione possumus.

Ca-

CAPVT XVII.

Interdum à sacris hisce mysteriis ad sanctissimæ Trinitatis mysterium transcendendum: & quid in eo considerandum.

NON solum ab humanitate Christi Iesu mysterijs ad perfectiones diuinitatis, earum etiam, (ea quam pòst dicemus moderatione & reuerentia) per eadem, ad sublime sanctissimæ Trinitatis mysterium considerandum oportet ascendere. Primò quia hac consideratione mirificè fides exercetur. Cùm enim hoc in lege gratiæ mysterium Deus reuelarit, vt ipsum credendo, dignè de incomprehensibili eiusdem sublimitate sentiamus, multumque promereremur intellectum ijs, quæ ratio naturalis non comprehendit, subijciendo; item vt clariùs & distinctiùs Incarnationis filij Dei mysterium cognosceremus; æquum est ipsum etiam à nobis considerari, vt actualiter hunc

Trinitatis mysterij considerationè exercetur Fides.

hunc Deo honorem & gloriam demus, corde confitendo, ipsum adeò sublimem & incomprehensibilem esse, vt non modò in ipso perfectiones & mysteria, quæ naturalis rationis lumine aliquo modo cognosci & inuestigari possunt, sed & aliæ quas nullo modo humana ratio nisi Dei ipsius reuelatione intelligere, aut assequi potest comprehendantur. Considerando autem quod de sublimi hoc mysterio credimus, fides circa illud augetur: vt ita in bono statu agentes, omnium virtutum infusarum, gratiæ, & gloriæ augmentum magis assequi mereamur, cùm, vti diximus, non solo id virtutis habitu, sed frequentibus eiusdem actibus comparetur.

Etiam augetur.

Par etiam est, interdum cum humilitate hoc mysterium contemplari, eò quod ipsum primarium contemplationis sit obiectum: reliqua autem mysteria ac Dei perfectiones, quas cõtemplamur, ad Beatissimæ Trinitatis cõtemplationem dirigãtur. Hæc omniũ cõtemplationum

Dionys. Carthusiã. l. de contep. ar. 33. Trinitas est contẽplationis primariũ obiectũ.

num altissima est, hæc efficit vt in terra agant cęlestibus persimiles. hæc ex se maiorem & perfectiorem deuotionem, feruentiorem & maiorem, amorem Dei, maius solatium spiritus generat: hæc præstat vt magis Deum reuereamur & glorificemus. Et tametsi ad mysterium hoc reliquas perfectiones diuinas quas diximus, clarè, perspicuè, & ad quodam intellectus, qui vera sit contemplatio, meditandum, & in materiam meditationis materiam ligendum, magna vitæ puritate, duoque orationis exercitio opus vt S. Bernardus ait; tamen ad sum hoc mysterium (nec non & perfectiones diuinitatis) sic considerandum vt non omnem illi orationem sed aliquam eius partem dem quò scilicet melius vitæ ac Passionis Dominicæ mysteria pertiamus, omnes in sancto exercitio multum proficere desiderantes, incumbere opus est, & dent genti fructu & consolatione, quæ vt diximus, in mysterij huius ac di-

In Cant. serm. 41.

uinarum perfectionum consideratione reperitur, participare par est. Vt autem hoc ritè beneque fiat, notandum in sublimi hoc mysterio, aliquas veritates contineri à fide, Sanctorumque doctrina traditas; quæ non tam ad excitandam deuotionem, quàm ad mysterij huius cognitionem habendam, & infidelium & hæreticorũ obiectionibus respõdendũ, illorumq; calumnias & falsa argumenta soluenda, conducunt.

Præter has sunt & aliæ in summo hoc mysterio veritates, quæ ad notitiam mysterio huic debitam comparandam necessariè sunt, multumque ad deuotionem excitant. in his intellectus consideratio attentè fi- Quæ potissimum hic meditanda.
genda, ad fructum & cõsolationem, quam in huius mysterij contemplatione Deus immittit, in voluntate eliciendum. Iuxta hanc regulam ea quæ nobis consideranda, sunt hæc. Cõsideremus Patrẽ æternũ esse, verũ & æternũ Deũ, & primã SS. Trinitatis personã infinita seipsum perfectione intelligere & comprehen-

dere, seq; hoc modo intelligẽdo, ꝺ æterno inuariatè immutabiliterq; Verbum æternum, id est, filium, idq; intellectus actu, gignere; illumq; gignẽdo, naturaliter suam ipsius illi communicare substantiam, id est, sui ipsius essentiam & naturã. Verbum autem genitũ, esse perfectissimam Patris æterni imaginem, in omnibus Patri æqualem, & vnum cũ ipso Deum, quoniam eandem indiuiduam naturam, id est, eandem diuinitatẽ habet. Et tametsi hanc Verbi ęterni emanationem dicamus generationem, vt & Verbum Filium, nõ esse tamẽ generationẽ talẽ, qualẽ in creaturis agnoscimus & experimur. nã hæc generatio corporalis est, quiq; hic generat est tempore & duratione prior eo quẽ generat, & similiter filius terrena hac generatione genitus, nõ modo aliã distinctã à Patre personã habet, sed & aliã naturã indiuiduã ab ipso diuersam, alias itẽ perfectiones distinctas à paternis: at Verbi ęterni generatio pẽnitus spiritualis est, & alio quodam modo

AEterna Verbi generatio.

modo ineffabilis, infinitæ perfectionis, & infinitè à terrena hac generatione discrepat. Ad hæc, Patrẽ qui gignit non fuisse duratione Filio priorem, & Filium genitum, etsi distinctam à Patre personam, alterius non esse naturæ, aut essentiæ individuæ, sed eiusdem cum Patre, nec aliarum perfectionum, sed earundem numero, quas habet Pater. Cõsiderandum insuper Patrem & Filium, se ipsos infinita perfectione contemplantes mutuo se amore quodam essentiali & infinito diligere, & Patrem infinita quadam cõplacentia Filio, Filiumque Patre vicissim delectari: & hoc se modo amantes, ab æterno amorem, quo velut vinculo indissolubili couniuntur, spirare. Is autem amor est Spiritus sanctus, tertia sanctissimæ Trinitatis persona, ac verus & æternus Deus, Patri in omnibus æqualis & Filio. nam in tribus hisce personis, nulla est alia duratione prior, nec maior, nec perfectior: vna enim tribus eademque natura diuina; quamque

Patris & Filij spiratio.

Personarũ trium vna æqualis Deitas.

que vna perfectionem persona habet, eam habet & alia. Atque ita quo ad perfectiones sunt æquales. cumque tres distinctæ sint personæ, vnus tamen & verus sunt Deus.

Quam de supremi huius mysterij substantia notitiam dedimus, vt cõsiderari aptè queat, vsui erit peritioribus, qui aliqualem studendo horũ terminorum notitiam adepti sunt. cæteris imperitioribus satis erit, quo ad hoc mysterium considerare, Deum esse perfectissimè vnum, simul & tres personas, Patrem, Filiũ, & Spiritum sanctum, & harum quãque Deum esse, cùm eiusdem sint diuinitatis, & Filium à solo Patre, Spiritum sanctum simul à Patre & Filio procedere, & tres hasce personas esse perfectissimè æquales, vna vt alia non sit maior.

Præter hæc possunt omnes, tam qui operam litteris dedere, quàm qui earum ignari sunt, hoc in mysterio etiam alia considerare, quæ amoris & deuotionis affectum egregiè excitent: scilicet, has personas vnam-

vnamquamque se inuicem infinita claritate videre & comprehendere, & infinito amore amare, eademque infinita complacentia & suauitate delectari ac recreari. Harum vnaquamque infinitæ bonitatis esse & potentiæ, infinitæ pulchritudinis, sapientiæ, & gloriæ: perfectionem enim quam habet vna, vti diximus, habent & reliquæ. Patrem, Filium intueri in omnibus sibi æqualem & parem, & quidem infinito gaudio, eandem suam essentiam diuinam infinito illi amore communicando: Filium verò Patrem æternum, à quo diuinitatem recipit infinita exultatione & iubilo adspicere, & velut alterum se infinito amore diligere. Patrem, & Filium, Spiritum sanctũ, qui ab ipsis velut principio æterno procedit, videre, & infinito gaudio, & infinita amoris dulcedine, ipso delectari: & tres hasce personas vnam causam & rerum omnium esse principium. nam omnes tres, velut principium & infinitus omnis boni fons, ad omnes naturæ, & gratiæ ef-

Mutua cõ templatio & amor.

Indiuisa operatio.

fectus creandos & producendos concurrunt. nec quidquam in creaturis est, quod vna operetur, quin & aliæ operentur. Et tametsi Scriptura aliquos Patri effectus attribuat, verbi gratia, rerum creationem: alios Filio, vti gubernationem: alios denique Spiritui sancto, velut gratiæ collationem, ac sanctificationem (Patri enim adscribitur potentia, Filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas.) tamen certum est & de fide, quod sicut potentiam, quam vna habet persona, & aliæ habet, & omnem etiam aliam perfectionem, quam habet vna, habent omnes, vt diximus; ita quod vni attribuitur quoad creaturas, tres simul agunt, tresque simul vnus Creator, Gubernator rerum, & Sanctificator, ac Glorificator omnium animarū, ac spirituum beatorum sunt. Vnum est, quod in tempore soli personæ Filij proprium est, nec Patri, aut Spiritui sancto conuenit, scilicet humanam carnem induisse, & reliquum quod inde sequitur fecisse. Nam licet tres simul personæ

Verbum solum est Incarnatum, siue humanæ naturæ Vnitum.

sonæ sacratissimam illam humanitatem Christi formarint, ipsa tamen vnio nonnisi in persona Filij facta est. Atque ita solus Dei Filius incarnatus est, & homo factus est, solus ipse pro homine passus occubuit. Verùm ob hoc ipsum beneficium omnibus simul personis gratias agere debemus. nam pientissima illa voluntas & amor ineffabilis, quo Dei Filius homo factus est, tribus personis communis est. Hæc sunt quæ in sublimi hoc mysterio considerandæ sunt, illaque considerando amorem excitemus oportet, ob perfectionē, & altitudinem incomprehensibilē, & ineffabilem gloriam beatissimæ Trinitatis exultantes.

Cap. XVIII.

De humilitate, reuerētia, discretione, quam in diuinarum perfectionum & sanctissimæ Trinitatis mysterij consideratione adhibere oportet.

Sicvt conueniens admodum fuit, ostendere, quanti momen-

ti & commodi sit, vnà cum Christi mysterijs diuinarum perfectionum, & SS. Trinitatis considerationem iungere; ita etiam consentaneum videtur, qua id fieri humilitate ac discretione oporteat, declarare. In perfectionum diuinarum & SS. Trinitatis mysterij consideratione inquisitio, quâ quis præter illa, quæ in sacra Scriptura & Ecclesiæ doctrina exposita sunt, nonnulla, aut rationes causasue naturales mysteriorum omnem rationem creatam excedentium, velit cognoscere, curiosa, superflua & periculosa est. Atque talis à sacra Scriptura prohibetur, dum ait, *Altiora te ne quæsieris*, scilicet, ad eadem comprehendenda, & intellectus tui mensura metienda, *& fortiora te ne scrutatus fueris*, quæ scil. intellectu assequi non potes. Hæc de curiosa ac nimia scrutatione intelligenda sunt, qua quis de potentiæ Dei infinitæ operibus plura scire desiderat, quàm Scriptura prodit, & Sancti Patres edocent.

Curiosa SS. Trinitatis scrutatio, periculosa.

Ezech. 3

De periculo autem & damno, quod

quod ab hac inquisitione & curiosa & excessiua consideratione temerarios sequitur, ait alio loco Sapiens: *Sicut, qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis* (Dei mysteriorum & iudiciorum,) *opprimetur* (offuscabitur & obscurabitur) *à gloria* ac splendore diuinitatis. Nã vt sol fixè se intuentes oculos perstringit, ac visum turbat, & si diutius apertis ipsum intueri perseuerent palpebris, penitus excæcat; ita infinita illa Dei maiestas & lux inaccessibilis, animam curiosè & temerariè scrutari se volentẽ turbat & excęcat, in temeritatis pœnã ipsam in errores labi sinẽs, quibus lumen gratiæ & sæpe etiam fidem amittat. Hoc in curiosa & inordinata rerum diuinarum inquisitione fit. At quando quis in diuinitatis & perfectionum diuinarum, & altissimi Trinitatis mysterij consideratione, plura inquirere aut cognoscere nõ desiderat, quam fides & Ecclesiæ doctrina tradit, sanctorum traditionem Patrum in omnibus se- Prou. 25.

quendo, terminos ac limites ab ipsis positos nec vel latum vnguem trans-grediendo, nihilque de suo sensibilis addendo, sed in omnibus subijciendo se & intellectum captiuando ijs, quæ lex à Deo reuelata, nobis de rebus diuinis patefecit; talis diuinæ naturæ & personarum Trinitatis cõsideratio non reprehenditur, nec periculo obnoxia, sed sanctissima ac perutilis est. atque ad hanc nos sacra Scriptura, ac doctrina & exemplum Sanctorum hortatur, nam propterea mysteria sua & opera nobis reuelauit Deus, vt ipsa sciamus, intelligamus, consideremus, & hinc ad eius amorem & fidei suæ obedientiam deducamur. Hinc & ipse operum suorum varia argumenta, testimonia, ac rationes supernaturales & diuinas dedit, vt ipsa sciamus & consideremus, atque ita in ijs, quæ credimus, magis confirmemur.

Sed fidelis consideratio, vtilissima.

Quis ingentia & immensa bona, quæ velut in fonte & radice in hac Dei cognitione, & attenta sedulaque veritatum de eo reuelatarum

cõsideratione cõtinentur, dignè exponat? dixit Sap. *Cogitare* de Deo, de æterna sapientia, *sensus est perfectus*, id est, intellectus nostri perfectio. Sap. 6.

Nosse te Domine, ait alio in loco loquens cum Deo, *consummata iustitia est*, id est, est causa & fundamentum omnis virtutis & perfectæ sanctimoniæ. Sap. 15.

& amplius: *& scire iustitiam & virtutem tuam* diuinam, *radix est immortalitatis*: id est, origo & fons, è quo bona opera quibus vitã æternã meremur, promanãt. Et hæc ipsa cognitio & consideratio Dei, quando à caritate informatur, est ipsa sanctitas, & ipsum gloriæ æternæ meritum. Atque hoc significauit Christus, dum cum Patre suo ęterno loquens, ait, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Ioan. 17.

Quasi dicat, In cognoscendo in hac vita viuæ fidei lumine Patrem æternum, qui verus est Deus, & Filium eius vnigenitum, qui simul cum ipso Deus & Spiritum sanctum (nam sine illo benè cognosci Pater & Filius non

possunt, cum ab vtroque procedat, & viuus cum ijs sit Deus) omnem nostram felicitatem ac gloriam consistere: item in cognoscendo perité lumen, Filium Dei in mundum venisse, carnemque humanam ad homines redimendos assumpsisse. Sic in hac per fidem caritate viuam mysterij Trinitatis & Incarnationis cognitione omnis nostra salus & gloria consistat; & cõsideratio huic cognitioni deseruiat, ad eadem scilicet melius cognoscenda, fidemque exercendam animandamque, sequitur, quod omnis noster profectus & summum bonum hinc pendeat, vt maturè, attentè & sedulò mysteriorum diuinitatis & humanitatis Christi considerationi vacemus, fidei quam de ijsdem habemus lumẽ sequendo, vt veram scilicet hinc pietatem & omnis virtutis fructum hauriamus, quod à Deo Colossensibus desiderabat petebatque Apostolus, dicens. *Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sa-*

Coloss. 1.

pien-

pientia & intellectu spiritali, vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundùm potentiam claritatis eius, in omni patientia,&c.

Caput XIX.

De modo orandi, quem recollectionem & silentium vocant. & qua ratione mysteriorum vitæ Christi meditationi vtilis esse queat.

Non est propositum, ex professo hic de hoc orandi modo agere, sed nonnisi breuiter ipsum perstringere, & ostendere, quorum is sit, & quo adhibendus modo, ad euitanda incommoda, quę ex indiscreto indebitoque eius vsu sequi possunt: simul etiam ad declarandum, quomodo vitæ, Passionisq; Christi Domini mysteriorũ cõsiderationi adhibere eum oporteat. Hic orandi modus in eo situs est, vt oẽs de creaturis, tam corporalibus, quã

Oratio silentij & Recollectionis, quæ.

ſpiritualibus cogitationes ſeponens homo, ſupremum intellectus ſui ad de Deo duntaxat cogitandum ſine vllis diſcurſibus & rationibus conuertat: Hunc præſentem intueatur, cogitet eſſe quoddam infinitum, bonitatem, pulchritudinem, potentiã, maieſtatem, ac gloriam infinitam. dein voluntate ad ipſum amandum, illius in bono complacendum, gloria eius delectandum alioſque actus in quibus affectum amoris conſiſtere diximus, exercendos conuertatur. Non ſecus autem ac ſi quis alium attentè audiat eminus, aut ex alta quadam turre ſibi inclamantem; ita anima hæc ſuſpenſa & attenta manet, Deum intuendo, nihil præter ipſum cogitans, ſed auſcultans ipſi, quæ ſibi interius loquitur. Atque vt catellus ante dominum menſæ aſſidentem, ſe collocat, Dominum intuens quietus manet, & immotus, exſpectans donec panis fruſtum Dominus obijciat; ita hic, anima infinitum bonorum omnium fontem Deum intuens, attentè ipſum reſpi-

spiciens ac tacens, id est, de alijs rebus quam de ipso non cogitans, exspectat donec sibi loquatur, donaque sua, quin & seipsum communicet. Cum verò animæ huic Deus loquitur, seque illi communicat, nouam illi lucem dando, qua bonitatem diuinamque suam voluntatem, ac diuina mysteria amplius declaret: cum clariorem suijpsius cognitionem dat, vt videat plura in se quàm ante viderat: cùm voluntatem incendit, & affectus mouet; tunc inquam hanc à diuina misericordia gratiam recipit, & illa gaudet, quãdiu cõceditur. Verum cum aliquamdiu auscultans nullum responsum sentit, sed defatigatur & distrahitur, seipsam excitare, & amoris affectus quos diximus, in se efformare contendat, gratiam ad hoc à Domino petens, & feruentibus animi desiderijs ad Deum aspiret & gemat, ac in interiori cordis cum ipso velut amans cum amante colloquatur.

Quare dicatur Recollectio.

Hic orandi modus dicitur, *Recolle-*

collectio. nam cogitationes & desi-
Dionys. Carth. lib. 3. de cont. cr. 12. deria, à varijs rebus, quibus distra-
huntur, homo abstrahit, & ad Deum
colligit & conuertit, solum de ipso
cogitans, & tunc quidem, actualiter
illum solum amans & desiderans.
Atque vt filius, qui nummos suos in
varios debitores distraxit, quibus
ipsos mutuò dedit, patre ipsos re-
petente omnes hinc inde colligit, &
collectos patri tradit, ita anima co-
gitatum & amorem, quem in diuer-
sa licet bona distraxerat, ac diuulse-
rat, ab ijs auellit, quò Deo suo pe-
tenti ipsum totum tradat. nec vllam
hoc ipso creaturis quas amare debet
creat molestiam: ita namque, quan-
do opus fuerit, & ipsa petit ratio,
melius eas amabit, puro illas ob
Creatorem ipsum amore diligendo.

Quare silentium. Dicitur & hic orandi modus spi-
rituale silentium: Vt enim quia ver-
bum animæ ipsa est cogitatio, quan-
do imaginatione, aut intellectu ab
hoc in aliud discurrit, tunc loqui
ipsa dicitur: ita econtra quando de
alijs rebus non cogitat, solumque
Deum

Deum quietè intuetur, & (vti diximus) auſcultat, tunc in ſilentio agere dicitur. Hæc orandi ratio, dicitur etiam orare non intellectu, ſed voluntate: non quod hic nihil intelligendum, aut cogitandum ſit, verum quòd parum quidem cogitandum, ſed multum amandum: numquam enim voluntas amat, niſi amatum intellectus comprehendat. Atque ita ſemper voluntatis affectum aliqua intellectus operatio, qua infinitum, quod amat bonum apprehendat, præcedit & comitatur etſi hoc ſine aliquo diſcurſu fieri poſſit ac ſine deliberatione nullaq; reflexione ad conſiderandum & dijudicandum ea quæ amat. Hinc quod S. Dionyſius ad perfectam animæ cum Deo vnionem, quæ amore fit, opus eſſe ait, animam omnes intellectus operationes relinquere, intelligendum eſt (vt eius exponunt interpretes,) de operatione circa creata, nõ verò de illa, qua Creator ipſe, qui infinitæ bonitatis & ſuauitatis, quam amat obiectum eſt, apprehenditur. Præſertim

D. Gregor. lib. 30. moral. c. 12. Dionyſ. Carth. lib. 1. de contemplat. 4. D. Bonau. de myſter. Theol q. vlt. Gerſon. de lucidat. ſcholaſt. Quare oratio voluntatis. In myſtica Theologia c. 1. Dionyſ. Carth lib. 3. de cont. art. 15. D Greg li. 25. moral. c. 13. & in 4 Reg. c. 4. & 11.

sertim eò quòd sicut Deus animam ad hanc vnionem sustollens supernaturaliter dulcissimo amoris actu illam accendit, ita & diuinæ claritatis suæ radijs supernaturaliter illi illustret, qua supremum illa bonum quod amat, contempletur.

Eius nobilitas.

Hic orandi modus quem declaruimus hic breuiter, nobilissimus & maximè diuinus est, & ad exercendum facilis: nam quoniam discursu nullo & operatione intellectus opus habet, nō tam cito defatigat, máximique facilitate se in eo diutius animam detinere potest. sed omnium non est, nec omnibus consulendus; sed plerumque nōnisi illorum, qui magna diligentia & vitæ puritate diuinarum rerum diuinarum meditationem exercuere, & varios de eisdem intellectus discursus fecêre. Proinde antequam quis hunc orandi modum exerceat, opus est primò vitæ ac passionis Christi mysteria meditatione pertractasse. His primò homo animi ab omni vitio & passione purgetur necesse est, & Christi Domini exemplo solidas

Sed non est omniū

solidas conquirat virtutes, ac tum demum hunc orandi modum experiri, & aliquoties eum potest exercere. In quo si à Deo se visitari comperiat, & intellectum quietando, & deuotione voluntatem incendendo, continuare illum potest: si autẽ in eo perseuerãdo, nullã intellectus quietem, nullumve voluntatis motum sentiat, ad mysteriorum Christi cõsiderationem redeat. Et hoc manifestum est: nam hæc orandi ratio si rite debiteque exerceatur, est omnino idem quod contemplatio, quæ, vti diximus alibi, est intellectualis Dei diuinarumq; perfectionum visio, (quam quidem fides cõpatitur) ad quam anima se per sapientiæ donum disponit, quãdo scilicet in perfecto ipsum gradu possidet: nam hęc Dei cognitio, quam contemplationem dicimus, est doni huius, quod in intellectu versatur, actus & exercitium: nascitur autẽ è charitate, quæ in voluntate consistit, & à caritate nascendo ad magis caritate animam incendendam, & perfectè Deo vniendam

In libello de rosario notab. 2. c. 5 & hoc tractatu p. 3. c. 16.

Dionys. Carthu. li. 1 de cõtempl. ar. 15. & lib. 3. art. 2.

endam dirigitur. Quare necessariò est, animam actualiter à Spiritu sancto, spirituali eius auxilio cooperante, tangi & moueri. nam, vt bene S. Gregorius ait, sine speciali gratia nulla habetur cõtemplatio, quę maximè supernaturale donum est. Ad hæc sicut certum est, vt ad purã Dei contemplationem anima pertingat, necesse esse, vt longa & frequés præcedat meditatio tum earum rerum quibus moueatur ad compunctionem timorem, & passionũ mortificationem: tum virtutum, quibus ipsa purgetur, & ad tam sublime exercitium disponatur, ita & eadem ad sanctum hunc orandi modum dignè exercendum requiritur. Non nego tamen quin, sicut contemplationis donum, interdum imperfectioribus minusq; in via virtutis exercitatis Deus concedit (vt suprà diximus) ita etiam hoc orandi modo id cõtingat. Quare vbi experientia constabit, nõnullos interdum, sine tam longa dispositione præuia, notabilem aliquem fructum è sancto hoc exercitio colligere,

In moral. lib. 5 c. 16. & lib. 27. c. 9.

p. 3 c. 16.

ligere, nō propterea impediēdi sūt, sed quod cępere vt prosequātur permittendi. Signū quippe est, Deū hac illos via deducere velle. expediēs tñ fuerit, huic orādi modo vitæ & Passionis Dominicæ meditationē illos coniungere, vt hinc perfectissimarū eius virtutum imitationem eliciāt, maioriq; securitate in eo procedāt: proprio autem hic non innitantur iudicio & beneplacito, sed virorum peritorum doctorumque cōsilijs acquiescant.

Caput XX.

De tribus vijs, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua ad tres status incipiētium, proficientium & perfectorum spectantibus. & quomodo hæ tres in horum mysteriorum consideratione exercendæ.

Tres stat. perfectioni incumbentium.

Primus incipientium.

Hebr. 5.

Fidelium Deo seruientium, eiusque gratiam & amorē habentium tres sacra Scriptura & sancti Patres gradus statuunt. Primus incipientium, quos paruulos in Christo Apostolus vocat, *quib. lacte,* id est,

id est, facili & plana doctrina opus
2. Proficientium. sit. Alius proficientium, inque virtutibus per illarum exercitium crescentium, vti Scriptura notat de Samuele puero agēs, *Puer Samuel proficiebat atq; crescebat & placebat tam Domino, quā hominibus.* Tertius perfectorum est, quos *solido cibo*, id est,
1. Reg. 2.
Hebr. 5.
3. Perfectorum. doctrina sublimiori & mystica opus habere Apostolus ait. Ad hunc gradum inuitabat adolescentem Christus cum consuleret, *Si vis esse perfectus, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Atque ad hoc fideles omnes adhortatur dicens, *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Varij hi status à diuersis caritatis gradibus descendunt. qui paruam caritatem habent, dicuntur incipientes: qui in eadem crescunt, & perfectam nondum sunt assecuti, proficientes: qui perfectam habent, perfecti. atque hi mandata diuina integrè custodiunt, simul & varia consilia pro suo quique statu sequuntur, magnáque contentione & vigilantia, Deo dante,
Matth. 19.
Matth. 5.

maiorem

maiores culpas simul & minores fugiunt, quæq; Deo placita sunt, faciunt. Vnde Ioannes Apostolus, *Qui* 1. Ioan. 2.
seruat verbum eius (Iesu Christi sc.) *vere in hoc caritas Dei perfecta est.*

Hi quoque tres status diuiduntur pro varia dispositione quam quilibet habet ad se cum Deo perfecto amore vniendum. Notandum autem hic, duo esse, generaliter loquendo, quæ perfectã hominis cum Deo per amorem vnionem impediãt. Primò vehemens in voluptates & delicias, honores, opes vitæ huius affectus: deinde difficultas & labor in operibus bonis exercẽdis. Cõtingit quippe sæpe, vt seruus Dei post superatũ & mortificatum ingentem voluptatum sensualium & omnis rei vitiosę amorem in virtute tamen exercẽda laborem, ac difficultatẽ experiatur: &, tametsi efficaciter vitijs valedicere statuat, nec tentationibus eorũ consentire, tamen ad difficultates in exercitio virtutũ occurrentes superandas animũ nõ habeat. Primum ad statum incipientiũ spectat, cuius est fuge-

Impedimẽta perfectæ vnionis cum Deo, duo generalia

In primo est Incipientium lucta.

fugere peccata, resistere tentationibus, passiones prauas & inclinationes mortificare, deniq; ab ijsdem & à vitijs omnibus animam purgare, atq; hoc pacto primum amoris diuini tollit homo impedimentum, & remotiùs se ad perfectam cum Deo vnionem disponit. Alterum ad proficientium statũ pertinet, animose, ac generose virtutis difficultates amplecti viriliter ac violéter media quib⁹ eadẽ cõparatur exercere, qualia sũt, cõtraria & aduersa tolerare, & molesta eligere ad patientiã cõparandã: humiliationes sectari, ipsis se offerre, contemptibilia ambire ad humilitatem consequendam: operam misericordiæ præstare caritatis acquirendæ causa. quin & discretionem inter bonum ac malum, inter bonum melius, & magis expediens discernere: & in ijsdem operibus & virtutum exercitijs diligentiam & perseuerantiam adhibere. Hoc autem est, nouam iam in anima rerum diuinarum lucem, qua legis diuinæ veritas magis illis confirmetur,

In altero proficientium.

& in

metur, & in volũtate amorẽ eximiũ erga omnẽ bonitatẽ, ac virtutẽ, ſuauem caſtitatis odorem, guſtũ & cõſolationem in operibus caritatis, & totius hominis interioris renouationem experiri. Atque hoc faciendo ſecũdum perfecti amoris diuini impedimentũ nempe in exercenda virtute difficultatẽ & laborẽ auferunt.

Vtroque ſuperato, Perfectorum ſtatus procedit.

Hiſce duobus impedimentis ſublatis, quorum primum incipiẽtium, alterum proficientium eſt, ſequitur ſtatus perfectorum, quorum eſt Deo ardentiſſimo ſe amore vnire, ipſo delectari, magnaque pace & quiete in ipſo quieſcere.

Dionyſ. Carthuſ. li. 1. de contemp. ar. 18 & 21. & lib. de profect. ſpiritual. ar. 10.

Iuxta tres hoſce ſtatus diſtinguũtur tres illæ viæ: Purgatiua, Illuminatiua, & Vnitiua. quę tria ſunt operum bonorum genera, & tres virtutis exercendæ modi. Exercitia viæ Purgatiuæ, quæ ad incipientes ſpectant, ſunt dolor de peccatis, pœnitentiæ, ieiunia, diſciplinæ, cilicia, & alij rigores; atque hiſce purgatur & mundatur à vitijs & paſſionib⁹ anima. Medicationes huius viæ ſunt, de

Purgatiua via eſt Incipientium.

grauitate peccatorũ, quò de ijs dolor concipiatur: de morte, ad omnes delicias, honores, & opes mundi contemnendas: de iudicio, inferno, ad interiorem dolorem & exteriorem rigorẽ ob peccata assumendum, pœna temporali æternam, & longos purgatorij cruciatus breuibus vitæ huius laboribus compensando. Vtæ Illuminatiuæ exercitia sunt, media, quibus solidæ virtutes comparantur, exequi, & in ijsdem fortiter & viriliter permanere, donec earum habitus habeatur, quò facilè & suauius exerceantur: adeò vt qui, dum in incipientium statu esset, iniurias & contumelias nonnisi difficillimè perferebat, iam easdem libenter recipiat, amet, omniaq; aduersa æquo ac sereno animo perferat, & inter mundi procellas pacem & tranquillitatem custodiat. Meditationes ad hunc statum spectantes sunt de vita & passione Christi & sanctorũ, de beneficijs diuinis ac donis cœlestibus. Dicitur autem Illuminatiua, q virtutes animæ sint lux, & vnà cum ipsis

Illuminatiuæ, Proficientiũ.

ipsis magnam ipsa lucem & claritatē recipiat. hinc & iusti *filij lucis* appellātur. nam, vt *Deus* per essentiam *lux est*, & quidem infinita: vbi animā ipsa à vitijs puram & virtutibus exornatam viderit, insigni quadam ratione illi se communicat, copiosam cōfert lucem, & dulcissima spiritus sui vnctione illā omnia cognitu necessaria docet, quin & reliqua Ecclesiæ Catholicæ media huc dirigit, qualia sunt obedientia maiorū, sanctorum doctrina, sapientiū consilia, & reliqua quæ suauis diuinæ prouidētiæ dispositio requirit. Vię Vnitiuæ exercitia sunt, magna in luce virtutum & donorū spiritus sancti, quę inprofectus sui statu seruus Dei sibi comparauit, mundis animæ oculis Dei diuinitatē, infinitam eius pulchritudinem, ac reliquas perfectiones contemplari, præsertim incomprehensibile Dei esse, ac feruentissimo eius amore penitus incēdi, creata omnia & seipsū transcendere, integrè & perfectè Deo se vnire, suauissimo amoris affectu in ipsum se

1. *Thess.* 5. 1. *Ioan.* 1. *Greg. l.* 23. *mor. c.* 13. & *in* 4. *Reg. c.* 4. & 11.

Vnitiua, Perfectorum.

transformare, & in ipso in pace illi
Phil 4. & tranquillitate pulcherrima, *quæ exuperat omnem sensum*, requiescere. Hæ sunt tres viæ, triplici statui, quem diximus, correspondentes.

Duo circa hoc aduertenda sunt, primò, quòd quamuis hæc quæ diximus exercitia, præcipua, & meditationes cuique horum statui propriæ maximè sint; non ita id tamen intelligendum quasi vnusquisque status hæc exercitia & meditationes tantùm & non alias habere debeat. constat enim, non modò incipientes, sed & proficientes & perfectos pœnitentias & asperitates vsurpare, quin & peccatorum grauitatem, mortē, & infernū meditari posse. Quin & incipientes ac proficientes perfectiones diuinas contemplari, & suauem cum Deo vnionē procurare possint; sed ideo hęc exercitia & meditationes distinguuntur, quo cuique statui attribuantur ea quæ illi magis propria & necessaria sunt. Nam etsi pœnitentię vtiles & necessarię sint omnibus, incipientibus tamē quàm maxime,

ximè, quò & vitia pellant, & passiones suas acriores mortificēt. Et licet peccatorum, mortis, infernique; cōsideratio omnibus omnino necessaria sit, incipientibus tamen magis conuenit, magisq; necessaria est. Et perfectionum diuinarum cōsiderationes quamuis etiam ab incipientibus & proficientibus exerceri queant, propriæ tamen sunt perfectorū, qui ad perfectam cum Deo vnionem aptiores & magis dispositi sunt.

Meditatio mysteriorū vitæ ac Passionis Christi, omni statui & vitæ vtilis.

Aduertendū secundò, quod valde ad propositum nostrum spectat, in sancto hoc mysteriorū vitæ & passionis Christi meditādorum exercitio, reperiri, quidquid ad hosce tres status spectat: quia è vita & passione Dominica (vt suprà declarauimus) dolor peccatorum, diuitiarū, honorisq; contemptus, & passionū mortificatio, eruitur; quæ spectāt ad statum incipientium. Trahitur etiam à Christo omnium virtutū exemplū, simul & media quibus comparātur; quę proficientium statui congruunt: atq; inde ad perfectionū diuinarum

contemplationē, quæ perfectorum
ſtatus eſt, aſcenditur. Atque ita etiã
bonũ & vtile ſit, meditationes cui-
que ſtatui maximè proprias interdũ
aſſumere, at ijs qui vitæ & paſſionis
Chriſti exercitiũ vſurpant, plerum-
que hoc minimè eſt opus: nã in hoc
reperiunt omnia. Et ſanè cõuenien-
admodum eſt, quòd, quandoquidem
ita ſacratiſsimam hanc humanitatẽ
Deus honorauit, illam diuinæ ſuæ
perſonæ vniẽdo, & velut inſtrumẽ-
tum, ad bonum noſtrum operãdum
vſurpando, nos quoq; viciſsim eam
honoremus, & pro viribus venere-
mur, omne noſtrum bonum per eam
quærendo, ea ſemper vtendo, vtq;
horum myſteriorum conſideratio-
ne omnes ſanctos affectus, nobis ne-
ceſſarios & vtiles eliciamus, idque
ab eo tẽpore quo primùm Deo ſer-
uire cœpimus, donec vitam in eius
gratia abſoluamus, & morte me-
dia ad gloriam eius tranſ-
eamus.

CAP.

Cap. XXI.

De examine post orationem instituendo, de horum documentorum spiritualium vsu; deque recursu ad patrem spiritualem.

ORATIONE tempore debito peracta, expediēs fuerit, seruum Dei ad se conuerti, & orationis successum examinare. Videat, an iuxta documēta à nobis hic tradita, aliqua fuerit in re negligētior, an materiam meditandam bene disposuerit, an eius defectu aliquod in principio tēpus perdiderit, an vanis cogitationibus locum dederit, à somno vinci se sinerit, superfluos intellectus discursus habuerit, in oratione iners & remissus fuerit, affectus exercere voluntatis neglexerit, debitam humilitatē in oratione adhibuerit, ea puritate intentionis qua oportuit ad eam accesserit, magis propriam consolationem, quàm Dei beneplacitum sectando: Aliqui interim dum orationi vacant, ipsam examinare cōtendunt, & reflectētes

Examinā da oratio quando finita est.

Nō, quā do fit.

excutiunt an debitè orent, an attenti sint, an affectus habeant, deque peccatis doleāt, an admirētur & amēt. sed his similibusq; dum intendunt, distrahuntur, & orationis filum abruptū amittunt. Atq; vt qui harmoniam optimè temperatam & cōcordem audit, si inter audiēdum examinare secū voluerit, num cātores artis regulas seruent, an verò in eaſdē impingāt, ipsius gustū & suauitatem amittit: ita qui inter orandum ad se reflectūtur, respiciētes an rite orēt, quos affectus habeant, an bonæ orationis seruent regulas, orationis attentionem & gustum amittunt. Propterea interim dū quis orat, hoc examen eum peragere, hanc reflexionem quam diximus facere, minimè par est, sed diligenter attēdere ad ea quæ meditatur. Quantò autem attētior fuerit eis quæ contēplatur, & quātò intellectum quietiorem & magis suspēsum habuerit, voluntatemque inflammatiorē, tantò minus aduertet ad ea quæ agit. Hinc S. Antonius, referēte Cassiano, aiebat, nō

Simile.

Collat. 9. c. 13.

est per-

est perfecta oratio, in qua seruus Dei intelligit quæ orat. Id est, quando oratio fuerit vti debet, is qui orat, adeò attentus est & suspensus ad ea quæ orat aut contẽplatur, vt nõ reflectatur videns quid oret, aut cõtemplet-ur. Quapropter vt hoc incõueniens fugiatur, inter orandum hoc examen nõ instituatur, sed, vt dixi, in finem orationis cõijciatur. Si quis deprẽderit benè successisse, & fructum inde aliquem collectũ, à Deo datum agnoscat, & hoc nomine gratias agat, se hac gratia indignum cõfitens, & pluribus Deo idcirco nominibus deuinctum: si quid autem peccatum sit, sua id accidisse negligẽtia agnoscat, & erubescẽs veniam petat, deinceps emendationem promittens.

Notandum etiam, quòd quamuis in hocce breui de oratione mentali compẽdio, vti in alijs de hac materia libris fieri solet, ordinẽ & regulas ad benè orãdum, & insignem inde fructum colligẽdum dederimus, si tamen contingat, aliquem dum ad orãdum se componit, huius ordinis

obliuiſci, aut aliqua ratione has regulas & documẽta tranſgredi, verbi gratia prę̨parationẽ omittendo, nec initio orationis ſe humiliando, nec gratiam petẽdo, vti faciendum ſuaſimus, non propterea turbari debere aut angi. Docem⁹ enim id quod melius & vtilius: & plerumque facere hæc ſolitus, licet interdũ in aliquibus erret, non propterea orationis fructum amittet. Neque enim Dei liberalitas hiſce alligata eſt regulis, ſed ſi homo ſimpliciter & ſincere cum deſiderio benè faciendi procedat, etſi aliquorum obliuiſcatur, nihil propterea diuina illum gratia viſitare deſinet; his tamen non obſtantibus par eſt, vt homo quantum ex parte ſua, ſemper quod melius & vtilius ſectetur.

Præter libros ſpirituales, habẽdus & magiſter.

Quin etiam Dei ſeruo imprimis vtile, vt aliquem magiſtrum ſpiritualem, tam in hoc orationis exercitio quàm in reliquis vitę Chriſtianæ rebus cõſulat. Nam etſi libri de re agentes vtiliſſimi ſint, & inſignem in omnibus lucem adferant, non

non tamen omnes eorundem capaces sunt ad intelligendum omnia, singulaque suis locis & pro subiecti dispositione applicanda. Propterea vtile fuerit, præter libros habere vnum aliquem magistrum & patrem spiritualem, qui in omnibus dirigat, cui credas quem sequaris, illius consilia ac documenta velut à Deo data accipiendo. Nam, vt egregiè Vincentius Ferrerius ait, certissimum est, hominem, patrem habendo spiritualem, quem sequatur & obediat in omnibus, tam paruis quam magnis, breuiùs & faciliùs ad virtutis perfectionem pertingere, quàm summo cum ingenio, intellectus acumine, librorum, in quibus totum virtutum ædificium perdiscat, lectione. Quibus ille verbis ostendit quanti referat documenta consiliaque patris spiritualis sequi, & maioribus obedire. de quo iã alibi nonnulla diximus, & pòst dicemus. Ad consequendum autem finem, quem sancto hoc diuinorum mysteriorum exercitio intendimus, scili-

Tract. de vita spirit. cap de obed.

In tract. de imit. Virgin. c. 33. & 34. & hoc tractat.

p 1. c. 2. & *in appendice de bono sacramentorum vsu* c. 11.

scilicet ad benè meditandum, & illius adminiculo perfectã cum Deo vnionem, quæ perfecta sit caritate, obtinendam, præter media quæ suggessimus, vtilia etiam futura sunt temperantia in victu, potu, somno, exercitia pœnitentiæ, deliciarum superfluarum & curiositatum fuga, omnium passionum victoria, humilitatis & omnium virtutum ornatus, quorum non pauca in alijs tractatibus declarauimus, reliqua autem, quæ ad materiæ huius complementum requiruntur, in alio de mortificatione tractatu, Dei gratia, aperiemus.

FINIS.

R. P.

FRANCISCI ARIAS, SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

EXERCITIVM DIVINVM DE *PRAESENTIA DEI.*

HAC EDITIONE EX EODEM Auctore vno capite auctum, de quo ipse in Præfatione.


ITEMQVE SPIRITVALIA DOCVmenta de SS. Confessionis & Eucharistiæ Sacramentis vtiliter ac cum fructu percipiendis.

PSALM. XV.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quia à dextris est mihi, ne commouear.



COLONIAE,
Sumptibus Ioannis Kinckij, sub Monocerote. ANNO M. DC. XVI.



PROOEMIVM. AVCTORIS IN EXERCITIVM DE PRAEsentia Dei.

QVemadmodum Dominus aliquis accuratam omnium facultatum suarum rationē subducturus, primū eas in varias partes æstimato, cōscripto, singularum pretio, diuidit, deinde verò omnes simul collectas ad vnā summam reuocat: Sic nos, cùm hactenus aliquot distinctis Tractibus multa, variaque ad progressum in vita spirituali faciendum media atq; exercitia copiosè præscripserimus, cogitamus ea omnia hoc libello ad vnum aliquod exercitium, velut omnium caput, summam, & cōpendium contrahere. Hoc autem exercitiū in eo vno vertitur, vt in omnib. studijs, actionib. & negotijs nostris Deum Opt. Max. quasi oculis mentis præsentem, nostraque omnia etiam cogitata intuentem & spectantem certamus, ac toto cordis affectu in eundem feramur. Nam cùm in hac vita mortali nobis copia non sit, & potestas clarè atque facie ad faciem vidēdi Deum, quod proprium est beatorum cum Christo regnantium, id saltem conniti debemus, vt oculis diuinæ fidei, sanctæque contemplationis eum, quasi præsen-

rem, cùm reuera, licèt inuisibiliter, præsens sit, aspiciamus, ac quoties licet, syncero eum amore complectamur. Egimus quidem de hoc sancto Exercitio in Tractatu de Oratione, cùm exponeremus, quid sit, præsentem sibi sistere Deum, quamque præstans & efficax hoc sit medium ad colligendum animum, diuinarumque rerum Meditationem cum fructu instituendam: verùm in hoc opusculo paulò accuratius fusiusque de eodem argumento agemus, quatenus valet ad eximium profectum in omni virtutum genere faciendum, donec ad earum fastigium, hoc est, perfectam, & omnibus numeris absolutam cum Deo vnionem perueniatur.

tract. 5. p. 1. 3.

(*)

CAPVT I.

QVAM NOBILE ET SALUTARE exercitium sit, Deum in actionibus suis præsentem sistere.

PErmulta quidem præstãtissima, iuxta ac vtilissima suppetunt media & exercitia ad perfectas virtutes consequendas, nullum tamen meo iudicio præstantius vtiliusve est hoc ipso de quo agimus, si quemadmodum conuenit instituatur. Quicquid enim boni alijs inest, in hoc vno quadantenus continetur: quicquid cæterorum beneficio in vita spiritali efficitur, huius quoque opera obtineri potest. Hoc vnum seruum Dei & incitat, & excitat, & inflãmat, vt reliqua omnia media reipsa exerceat, vt subsidia ad veras solidasque virtutes comparandas necessaria vel salutaria præsto sint, vt lumen diuinũ, ad illustrandam mentem, & robur ad impellendam voluntatem à præsente diuina maiestate assiduè impetretur. Atq; hac ratione fit, quod diximus, vt hoc exercitium sit cæterorum omniũ quasi summa & anacephalæosis. Si ergo

go seruus Dei, sui profectus spiritualis cupidus reformidet, ne fortè obliuiscatur tot salutarium mediorum, quæ ad parandam vitæ spiritualis perfectionē necessaria esse, vel à viris pijs audiuit, vel in libellis siue meis, siue aliorum lectitauit, meminerit saltem huius, & reipsa exerceat; hoc enim studio efficiet, vt reliqua omnia, quæ obliuione sepulta videbantur, in mentem recurrant, cùm opus fuerit. Rursum, si quis desiderio ardens placendi Deo, eiusq; diuinæ voluntati in omnibus obsequendi, post perlecta in spiritualibus libris tot documenta, monita, & media ad vitam sanctam religiosamque ducendam congruentia, animo deijciatur, quasi impossibile sit tam multas, tamque varias exercitationes vsurpare; is animo sit forti & erecto: ecce vno antidoto omnem difficultatem abstersam. Vni huic exercitationi, qua deloquimur, opitulante diuina gratia se seriò dedat, ac deprehendet sic cor suū amore cœlesti accendi, & cum diuina voluntate conformari, vt omnia illicò media & remedia, tum ad quasuis virtutes exercendas, tum ad vitia, tentationesque, licèt graues, expugnandas, prout occasio eas obtulerit, vltrò diuinitùs

sint

sint occursura. Deus siquidem ei, qui se præsentem contuetur, & in quem omnem cordis sui fiduciam conijcit, auxiliumque implorat, opportunè suo tempore & loco, quid facto opus sit suggerit, lumenque & efficacitatem ad exercenda necessaria media submini-strat: nunquam enim Deus cœlestis suæ gratiæ opportuno præsidio eos destituit, qui in suæ diuinæ maiestatis conspectu & præsentia, quemadmodum conuenit, vitam traducunt.

CAPVT II.

Quantoperè in diuinis litteris, Patrumque sanctorum scriptis commendatum sit hoc exercitium, quamque singulare studium in eo ponere debeat Dei seruus sui progressus cupidus.

EX dictis facilè colligere potest Dei seruus, sicut cura, studioque opus est in omnibus exercitijs, medijsque sanctis ad comparandas virtutes idoneis, ita longè maiore, ardentioreq; opus esse in hoc medio de præsentia Dei ante oculos mētis ponēda exercitando, eò quòd inter cætera obtineat principatū, vt sapiēter alicubi

Contr. in ord. cordis artic. 29. & 30.

annotauit B. Dionys. Rickelius, latet omnia, inquiens, exercitia sancta, hæc præcipua tua cura sit, in eo omnes animi vires extende, vt continẽter, id est, sępè cor tuum ad Deum, rerumque diuinarum contemplationem & amorem subleues. Vis assequi animæ tuæ puritatẽ? semper habe exaltatum cor tuum ad Deum. Hęc vna causa est, tam paucos peruenire ad perfectionem, quod consumendo tempus in alijs exercitijs mediisque minus vtilibus obliuiscũtur principalium. Et addit: Studeanimam tuam coniungere cum Deo, eumque semper habe fixum in memoria, ad illum tua desideria, totumque affectum cordis attolle, & quamuis centies vna hora mente distraharis, non ideò deijciaris animo, sed semper ad institutum redi. Mouent te ad frequentandum hoc exercitium dicta Sãctorum & Venerabilium Patrum, qui omnes communi consensu, quasi ab vno edocti Magistro, videlicet Spiritu sancto, nos ad hoc studium exhortantur. Hucusque Dionysius. Hanc autem doctrinam sancti Patres ex diuinæ Scripturæ fontibus hausserunt, in quibus crebrò, magnaque verborum maiestate hoc exercitium commen-

mendatur. Atque vt rectius intelligeremus eius necessitatem, nobilitatemque, altiusque nostris infigeretur pectoribus, varijs formis modisque loquendi, quibus tamen vna eademque subiecta sit sententia, ad illud nos S. Scriptura incitat & inflammat, vt cùm Dauid ita loquitur: *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.* Psalm. 104 Facies, inquit ibi Augustin. est eius præsentia. Itaque semper quærere faciem Domini, est versari in eius præsentia cordisq; amorem & desideria ad eum conuertere. Et alibi idem: *Oculi mei semper ad Dominum.* Aug. ibid. Psal. 24. Oculi animæ sunt, intellectus & memoria, qui cogitantes assiduè, & recolentes Deum, affectum cordis secum pertrahunt. Et hinc colligit, Deum talem quoq; expedire à dæmonis laqueis, hoc est, vires subministrare quo minus tentationibus succumbat: nam mox addit: *Et ipse euellet de laqueo pedes meos.* Atque hoc est quod per Sapientem ab omnibus postulat Spiritus sanctus: *In omnibus vijs tuis*, inquiens, *cogita Dominũ, & ipse diriget gressus tuos. In vijs*, id est, omnibus actionibus internis, æquè ac externis. *Gressus tuos*, hoc est, omnes affectiones & desideria animi, omniaque exercitia cor-

poris diriget in beatum suæ gloriæ finem, illustrando te & mouendo, vt in omnibus voluntatem tuam conformes diuinæ Nam vt illa verba exponit Dionysius supra citatus, hanc tam mirabilem Dei directionem promeretur is, qui in omnibus operibus suis præsentem Deum contemplatur.

Ber. ad frat. de mon Dei. 1 Tim. 4.

Hoc item nobilissimum exercitium testes Bernardo, B. Paulus commendauit suo discipulo Timotheo dicens: *Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est.* Hanc enim pietatem vult esse continuam Dei memoriam & assiduam animæ directionem ad intelligendam illius voluntatem, eandemque amandum & diligendum. Exercitationem corporalem, vt multi sancti affirmant, Apostolus hic vocat mortificationes & pœnitentias externas, quibus corpus ad conciliandum vel promerendum Deum affligitur. Quamuis enim hæ quoque actiones sint præstantes & salutares, tamen si conferantur cum exercitio diuinæ præsentiæ ante oculos sistendæ, dici potest, fructus earum esse perexiguum, ac vt certum quibusdam hominibus sint vtiles, tamen non omnibus sunt, ac nonnullis co-

Bern. in apol. ad Vilhelm. Anselm in Dominica.

etiam aliquando noxiæ. Possunt esse vtiles, si ad finem salutarem collimēt; at si secùs fiat, potius impediunt: ac ideò sæpè consultum eas nunc moderari, nunc omninò non vsurpare, vti fusè declarauimus in tractatu sexto de mortificatione. At hoc diuinum exercitium, cuiuis hominum generi est vtilissimum, tum quia spirituale est & animæ inhærens, tum quia in eo vera pietas, hoc est, Dei cultus exercetur, qui præcipuè consistit in actibus internis fidei, spei, & charitatis. Nam quid aliud est, Deum præsentem contemplari, quàm cor nostrum ad illum eleuare, credere in ipsum, sperare, eum concupiscere, amare, ac cum gemitu ad eum suspirare?

Hoc, inquam, Exercitium sanctum vbique sacræ literæ inculcant ijs locis, quibus commendant, vt oremus semper, & sine intermissione, vtque vigilemus in orationibus. Cogitationes siquidem & desideria, sunt voces & verba, quibus anima loquitur; & idcircò, quoties præsentem Deum contemplantes, cogitationes nostras & vota attollimus ad Deum, verè dici potest nos orare, & si persæpè id faciamus, vel sæpissimè, rectissimè dicitur, nos orare sem-

Eccl. 18.
Luc. 21.
1. ad Thess.

semper, & sine intermissione. Quamuis enim in diuina Scriptura nobis quoque commendata sit oratio vocalis, ac Ecclesiæ quidem ministris insuper mandata & præcepta: tamen in locis citatis præcipuè nobis commendatur oratio mentalis, quæ tantùm in corde. Oratio vocalis habet tempora horasque certas ab Ecclesia definitas, quibus habeatur. Mentalis non item, sed omne tempus, & locum complectitur: semper enim, & vbique præsentem possumus habere Deum, nostraque desideria & vota in eum referre. Quod enim homo creberrimè, & quasi ordinariè facit, communi loquendi consuetudine dicitur semper facere. Et hoc sensu sancti, hominesque perfecti illi consilio vel præcepto de orando sine intermissione satisfecerunt.

Neque hæc attentio ad Deum impedit in seruis Dei externorum operum functiones, immò magnoperè promouet, vt diligenter & perfectè fiant, propter ardorem & zelum quem Deus huiusmodi hominibus in conspectu suo versantibus communicat: immò pro immensa sua misericordia nonnullis tam admiranda & eximia suæ gratiæ dona impertit, vt non mo-

dò sine labore & difficultate, verùm etiam ingenti suauitate & facilitate cor suum habeant cum Deo intimè coniunctum & vnitum.

Surius describens vitam cuiusdam religiosissimi viri Rusbruchij, cõmemorat, eum in omnibus actionibus, exercitijsq; semper mentem in Deum sublatam habuisse: & verò peculiarem hãc à Deo obtinuisse gratiam, vt quoties vellet, nulla difficultate posset mẽtem immergere in suauissimam diuinitatis contemplationem, Deoque se arctissimè coniungere, siue solus foret, cubiculo inclusus, siue in media sociorum turba, quibuscum conuersabatur & loquebatur. Beat. quoque Rutgerus ex ordine D. Francisci, vt est in eorum Chronicis, idem beneficium diuinit° erat consecutus, vt nempe præsentem sibi fingeret diuinam maiestatem, & cum eadem in cordis penetralib. familiariter tractaret, siue in choro cantaret, siue in triclinio cibum sumeret, siue cum alijs colloqueretur. Vnde & obseruabatur ab alijs, nunc oculos piè conijcere in cœlum, nunc suspiria amoris plena ad Deum emittere.

Præfixa est Rusb. operibus.

p. 2. l. 4. c. 52

Magno animo & alacri quisque debet se huic sancto exercitio dedere, ac

deprehendet facilè, quàm Deus promptus sit ad sistendum se nobis præsentem, quoties collibuerit, vt eum spectemus, alloquamur, & familiariter cum eo tractemus. Vnde & tanta offert præsidia, auxiliaque, vt quod naturæ viribus videtur arduum, imò impossibile, reddatur cuique facillimum & suauissimum. Vt aliquis aditum habeat ad Regem terrenum, cumq; eo colloquatur & tractet, admodum difficile est, nec potest obtineri, nisi fauore & gratia multorum, imò multis opus est multorum annorum labore & seruitute, antequam ad familiarem cum Rege consuetudinem perueniant: at Deus infinita licet præditus maiestate & gloria, semper paratus est quacunque hora & momento nos in conspectum suum admittere, vt oculos mentis in ipsum conijcere possimus, contemplari pulchritudinem & magnitudinem, desiderare gloriam, amare bonitatem, degustare suauitatem, familiariter cum eodem conuersando, & gratiam absque quam postulando. Neque solum paratus est Deus ad hoc, verum etiã optat & inuitat maximis gratiæ gloriæq; præmijs propositis, vt ita faciamus: nec solùm inuitat paucos, eosq; sanctitate præ-

præstantes, vt fuerunt multi veteres sancti, qui totos se noctu diuque diuino cultui dediderunt, sed omnes fideles, quotquot syncero corde Dei honorem, suamque salutem quærunt. O quam piè & sanctè suo offi cio fungun-tur, qui tantum bonum expetunt, & studiosè quærunt, qui tam honorificũ exercitium non negligunt, vt Deum semper præsentem quasi gerant, & eius consuetudine iugiter fruantur. Verendum certè est eis, qui hoc tam diuino beneficio in hac vita vti detrectant, in hora mortis occlusum iri portam, velut ingratis, & negligentibus, ad claram præsentis Dei visionem, & contemplationem, quæ solis tunc patebit iustis & beatis.

CAPVT III.

Quemadmodum hac exercitatione animus ad internam orationem comparetur, & Deus duplici ratione nobis coràm proponatur.

DEI seruum, cui propositum sit, puras orationes ritè offerre, oportet nõ modo peccata fugere, superuacuas occupationes, affectionesq;, & scrupulorũ aculeos tollere, verũ et magnopere laborare, vt cor, vanis atq;

atq; inutilibus cogitationibus exclu-
sis, bonis, sanctisque occupetur. Effi-
mè cor nostrum eâ viuacitate, vt nun-
quā non moueatur, semper agat quip-
piam, aut agitet. Porrò vbi frena ei la-
xantur, mox præceps fertur in cogita-
tiones terrenas, inutiles, improbas.
Danda itaq; etiam atque etiam opera
est, vt bona potius semper cogitet, ac
adeò Deum ipsum, quo vtique nihil
melius est. Atque hoc ipsum est, ani-
mum habere collectum, occupatum
videlicet bonis cogitationibus, ma-
mè autem memoria diuini Numi-
id assiduè attendere, tanquam quod
non modò coram nobis, sed prorsus
intra nos. AEquum planè est me
nisse amici multis modis de te opti
meriti. *Non obliuiscaris amici tui in a
mo tuo*, inquit Ecclesiasticus, cap.
6. *& non immemor sis illius in opibus
Quod si frequens recordatio amici
étè præcipitur, à quo beneficij alicu
quandoque acceperis, &quum prop
étò multò magis fuerit, nunquam
obliuiscì, cuius quouis momẽto be
ficentia gaudemus, dum ipsum
vitam, & innumera corpori anim
bona quouis diei noctisq; articulo
eo percipimus. Quàm iustum est, qu
dece

decet, consentaneumque est omni legi naturali, diuinæ & humanæ, vel semper, vel quàm sæpissimè Dei memisse, qui semper nos amat, semper bonis suis cumulat? Audi Ambrosium: *Nec solus sufficit de Deo intellectus*, inquit, *nisi fiat in amore eius voluntas: imò nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis, & diligentis maneat Deus; vt sicut non potest esse momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia; ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat in memoria.* Duplex est autem ratio, qua Deum semper, vt præsentem intueamur. Lib. de dign. hum. cond. c. 2.

Prior est, vt sic certò statuamus, quidquid creata omnia operentur, totum id à Deo, eorum ministerio effici, tanquam instrumentorum, omnemque proinde illi gratiam deberi, vt à cuius manu omnia proficiscantur. Sapit cibus, ardentem sitim frigida extinguit, sol illustrat, calfacit ignis, vestis tegit: sic existimes, Deum impertiri saporem, illum satiare, sitim tollere, illustrare, calfacere, tegere. Minimè enim dubium est, etsi id genus effecta ab ipsis creaturis sunt, multò tamen magis censeri debere, esse à Deo, quando

hic

hic prima causa est ; illæ secundæ, & tanquam Dei instrumenta. Si quis primarij viri hospitio vteretur, & ei causa serui domestici certatim pro se quique operam illi darent, & heri sui res dispertirent: alius veste, cibo alius, alius equis, viatico liberali alius donaret; si deinde quæreres, cuius beneficia hæc haberet, non vtique hunc, illum, aut seruum nominaret; quin etiam, ne mentionem quidem cuiusquam illorum faceret, sed à Domino illo se restitutum, ciboque ac reliquis donatum diceret. Iam verò cùm satis constet creaturas omnes longè alia ratione Deo pendere, quàm à Domino suo seruitia; (neque enim dominus seruorum vitam tuetur, neque manibus eos fert, quod Deus creaturis suis præstat, sine cuius ope nec mouere se tantillum possint) meritissimò à nobis exigitur, vt omnes creatarum rerum actiones bonas, & quicquid pereas beneficij percipimus, Deo attribuamus, profiteamurque & mente, & lingua quicquid habemus, id totum ab illo habere. Si te proximus suauiter salutat, si cognatus munusculum dedit, ad primam mox causam cogitatione proficiscimur, quæ & voluntatem, & linguam illo-

illorum monit, & manum; & dicito: Deus me solatus est, Dei donatione hoc munus teneo. Atque eundem in modum facito, quicquid à qualibet creatura acceperis. Hac ratione excitabimur ab ijs, & ad perpetuam Dei memoriam deducemur. Neque hoc præceptum gratitudinem tollit, quam ijs debemus, qui nos beneficijs persequũtur, quandoquidem eandem etiam Deus exigit.

Altera est ratio, Deum perpetuò presentem intuendi spiritualis magis, ijs accommodata, qui in hoc studio exercitatiores sunt: quâ videlicet eum sibi adesse attendunt, non in suis effectis, sed in sua ipsius substantia. Id fit, non phantasiæ subijciendo imagines sensiles, tanquam habeat certam quantitatem, formam, colorem, partes varias. Hæc enim corporibus competũt: Deus autẽ spiritus est purissimus, perfectione infinita præditus, neq; in eo quicquã est eorum, quæ in corporatis creaturis aspicimus. Animo igitur, & memoria intuendus nobis est, tãquam essentia, bonitas, pulchritudo, maiestas spiritalis, magnitudo infinita. Planè quemadmodũ piscis sursum deorsum in mari natitans perpetuò aquam aspi-

aſpicit, quâ quoquo ſe verterit, circu-
datus eſt; ſic nos oportet, quoad fier
poteſt, Deum nunquam non animo
culis intueri, quando ille nos vndiq
ambit, vbicumque ſimus: quippe qu
vbique adeſt, extra & intra nos, atq
adeò interior eſt & corpori, & anim
noſtræ, quàm nos ipſi nobis. Cæt
crucifixi imaginem, quam in cubi
lo aſſeruamus, corporis oculis co
ter aſpicimus, viciſſimque nos a
aſpici videmus: eundem ad modum
nimi oculi frequenter tollendi ſun
Deum intuendum, nobisq; perſua
dum, nec ad momentum, nos e
eius conſpectum eſſe poſſe.

Illud tamen hoc loco animad
tendum, Dei recordationem, qua
telligentiæ noſtræ opus eſt, & p
voluntatis affectionem, coniung
portere, & indiuiduam velut ſoc
tē conſtanter retinere. Hoc volo; N
eſſe ſatis, Deum, vt præſentem, int
gētia complecti, & inſpicere; niſi
accedant ignita voluntatis deſid
& affectiones; ſic, vt eum toto co
deſiderio idētidem alloquamur, q
quid nos vel torquet, vel deficit,
miſsè ei aperiamus, fidenter propon
mus, opem ab eo, & conſilium petam
&c.

&, silente licèt lingua, corde, hac, similiúe ratione alloquamur: O Domine, quàm friget mihi animus in amore tui! imperti mihi tui amorem, eo me prorsus succende, eo animam meam reple, vt te solum diligam, & reliqua omnia tui gratia. O Domine, ô Deus meus, quantus animi mei stupor est, vbi de vnico, & summo meo bono agnoscendo agitur! quàm deficiunt vires, cùm in id opere tendendum! Doce me, Domine, diuinam tuam voluntatem, omnibus in rebus agnoscere; robora me, vt eam sequar: benefica tua manu semper me tuere, ne labar. O mi Deus, & Domine, quando te forti, & suaui vinculo perfectæ charitatis circumplectar? His alijsúe id genus verbis pia anima Dominum suum alloqui potest, cùm eum ignitis desiderijs plena, & ex imò corde petitis suspirijs anhelans, aspexerit. Huic exercitationi, si diligenter, seriò, constanter inhæserit, tantum inde operæ pretium referet (si pijssimo Dionysio Carthusiano credimus) vt corde in aliud mutato, à mundo vehementer abhorreat; ad Deum autem, & diuina toto feratur desiderio. Quæ hactenus diximus, ita intelligas, vt magna animi quiete pera-

Lib. 1. de cõtemp. c. 25.

peragantur, neq; corporis vlli mo-
appareant, aut vocis signa: sic poteris
vt alijs quoq; præsentibus, tibiq; co-
loquentibus, non tamen anim-
tat quispiam, quid intra te cùm
tuo tractes. Atq; ita potest hæc
tatio semper & vbique sine interc-
tione agitari, tum quoq; cùm p-
perambulas, cùm operis aliquid
cùm scribis, legis, sermones m-
Sunt enim hæc mentis, voluta-
opera, quæ summa celeritate fe-
proindeque nihil extrinsecus in-
menti obijci potest, quo minus
lis horis, imò quarta horæ parte, se-
animum sursum ad Deum tollas,
eo defigas.

Experientia vsusque docet
rum omnium (quibus perpetuo
coram obuersabatur, sibi exact
quadam ratione coniunctis) qu
cilè id fit, ac suaue, esseq; Dei m
iusmodi, quod nemini ambien
concedat.

Fit autem hac exercitatione,
ma intra sese collecta acquiesc
bi orationi se dare vult, cor
aptum, compositumq; offendit
exteriorum rerum imaginibus
actum; quò quietius, & maiore

ctu diuina contempletur. Potest hæc veritissima assertio Sancti Basilij testimonio confirmari, qui rogatus, Quēadmodum anima semper collecta, nūquam inutilibus cogitationibus distraheretur, respondit: *Si Dauidem imitetur, qui ait: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Itemque: *Oculi mei semper ad Dominum.* Est hæc ipsa diuina sententia Abbatis Isaac, vbi de hoc argumento tractat, id est, qua ratione quis quàm optimè ad orationem se comparet, dum ait; *Quales orantes volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus præparare debemus.* Quo dicto hoc innuit, si quam quietem in oratione optamus, operam dandam, vt eādem omni tempore habeamus. Vult enim seponi omnes superfluas solicitudines de reb. terrenis, inutiles, item fabulas, iocos, risus, vanas, vagasque cogitationes. Causam addit: *Quicquid ante orationis horam animo nostro cōceperit, necesse est, vt orantibus nobis, per ingestionem recordationis occurrat. Verborum, vel sensuum ante oculos imago præludens, aut irasci nos secundum præcedentem qualitatem faciet, aut tristari, aut concupiscentias, causasue præteritas retractare, aut risu fatuo, quod etiā pudet dicere, cuiusquā scurri-*

Reg. bre. int. 106.
Ps. 16. v. 8.
Ps. 24. v. 15.
Coll. 9. c. 3.

scurrilis dicti, vel facti titillatione pul-
aut ad priores faciet volitare discursus
idcircò quicquid orantibus nobis molestu
vt irrepat, ante orationem de abditis
pectoris extrudere festinemus Hæc om
sanctus Abbas, dignissima sanè,
& memoria, & re ipsa obseruentur.

Neque verò hac, de qua loqui
exercitatione, solùm rectè oran
litatem assequimur. Tāta enim,
admirabilis eius vis est, vt per e
uina aspirante gratia, animus
in salutari timore & reuerentia
Deum, & magna vitæ puritate co
metur. Nam quî tandem fieri pote
Deum non timeat, & reuereatur
coram ipso Deo se stare consider
quæ peccata magna sint, siue p
non omni solicitudine declinet,
meminerit, Deum intentum ade
gratuletur, si rectè; plectat, si p
ram agat?

Hinc illud etiã oritur, vt hoc
citio Dei seruus solatio, lętitia, &
dio assiduè perfruatur; dum enim
sibi adesse videt, simul intelligit
& consilium in quauis necessitat
incommodo, in eo sibi deesse no
se. Imò quicquid boni optare pos
totum abũdè in eodem inueni
iaqu

itaque S. Dorotheus: *Nihil*, inquit, *est* Serm. 12.
quod animam nostram adeò roboret & resi-
ciat, atque assidua Dei memoria. Idem fa-
tetur Psalmographus, vbi ait: *Memor* Ps. 75. v. 4.
fui Dei, & delectatus sum.

CAPVT IV.

De eximiis fructibus huius diuini exercitij, atque imprimis de fructu puritatis mentis.

QVo vehementius accendamur ad frequentãdum hoc sanctum exercitium, patefaciemus deinceps aliquos effectus, quos in anima efficit, ac vt menti firmius inhæreant, exẽpla quędã adiungem⁹. Inter omnes autem virtutes, Deiq; dona, quæ à veris Dei seruis in maximo pretio habẽtur, iure principem locum vendicat puritas cordis, vt quæ pulcherrimam, iucundissimamque diuinæ maiestati, prębeat habitationem. Vnde vulgo dicitur. Qui amat puritatem cordis, habebit amicum Regem, nempe Deum Regem æternum cœli & terræ. Hanc puritatem & consequi, & conseruare possumus, si oculis mentis Deum præsentem contemplemur. Si enim secus Prou. 22.

fiat, & homo Dei obliuiscatur, nec cō-
sideret se ab eo videri, illum coram se
esse, viuere & operari, proximum est, vt
quasi freno solutus, labatur in pecca-
tum, & in eo perseueret, secundum il-
Psalm. 9. lud psalmistæ. *Non est Deus in conspectu*
eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tem-
pore. Nam vt cogitatio, ita cupiditas
inordinata rerum terrenarum est, qua
animā per peccata contaminat, Deū
ex ea expellit. In hoc autem exercita
quia homo omnes suas cogitationes
conijcit in Deum, cogitationibus quo
proximè succedunt affectiones pra-
eundē, fit vt anima paulatim ab amo-
re rerum terrenarum diuellatur, ter-
que expurgetur, & renouetur. Id Ber-
Bernardus in seipso experto est, quem
admodum humiliter ad ædificatio
aliorum ex inspiratione diuina qu
dam in loco confitetur, dicens: *Qua-*
cum ita sint omnino inuestigabiles viæ D
Serm. 74. in Cant. *vnde adesse norim? Viuũ & efficax est, q*
que vt intus venit, expergefecit dormi
animam meam, mouit & molliuit, &
nerauit cor meum, quoniam durum, lapi
que erat, & malè sanum. Cœpit quoq; ev
re, & destruere, ædificare & plantare, ri
arida, tenebrosa illuminare, clausa reser
frigida inflammare, nec non & mittere q
in

in directa, & aspera in vias planas, ita vt benedicat anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Hæc omnia Bernard. quibus testatur, quæ mirabilia Deus in anima sua operatus sit, quando oculis mentis præsentem eum cernebat.

Neque solum in seruis Dei id efficit diuina præsentia, sed etiam in magnis peccatoribus, vt eorum corda expurgentur à peccatorum noxis: quia dum admoniti nonnihil attollunt caput è lecto peccati, & cœlesti lumine porro adiuti considerant se in conspectu Dei sui, iudicis viuorum & mortuorũ versari, qui præsens aspiciat, quoties delinquant, ingenti pudore & horrore peccati cõsternati non audẽt amplius illud committere, miranturq; suæ superioris vitæ cæcitatem, quod tam temerè & impudenter, haud secus ac si nullus Deus vel iudex esset, in omnia scelera sint prolapsi.

Prorsus id euenit famosæ meretrici Thiadi, quæ cum Sancto Paphnutio Abbati ad eam in locum secretum, & abditum ingresso dixisset, non posse se videri, nisi à solo Deo, vel dæmone, Abbas verò respondisset. Age si Deus te videt, qua fronte tu in cõspectu eius te pu-

In Vitis pa Anton p. 2 hist t. 15 c 10. § 3.

te puriſſimis oculis intuentis audebit peccare? ilicò cœleſtis luminis radius mentem eius colluſtrauit, tantoq; pudore ſuffuſa eſt, ac tam capitali odio ſuperioris vitę ſcelera proſecuta eſt, vt in media vrbe Alexandrina flamma abſumpſerit quicquid corporis ſui proſtitutione lucrata erat, & angu-ſtiſſimæ cellæ, aſperrima acta pœni-tia triennio, donec ſpiritum Deo red-deret, ſe incluſerit.

Metaph. in eius vita. Surius in Februar.

Idem accidit S. Ephræm cum ad-fœmina peccatrice, quam cum adiſſet rogaſſetq;, an auderet cõſueta ſua pec-cata in medio vrbis Edeſſenę commit-tere: ipſa autem reſpondiſſet, non au-dere, quia pudor nimius prohiberet in conſpectu hominum talia patrare ſce-lera, ſubiecit B. Ephræm. Tu ſcias enim in loco occultiſſimo, & ab hominibus remotiſſimo pecces, te conſpici à Deo vbique præſente. Si itaq; te à peccando deterret pudor, vel metus homi-num, multo æquius deterrere te debet metus Dei, qui eiuſmodi ſcelera æternis ma-ctat ſupplicijs inferni. Quę admonitio ſic perterruit fœminā, vt dolore pec-catorum ſummo tacta in corde intus ſecus in monaſterium pœnitentiæ a-gendæ cauſa ſe abdiderit.

Hi sunt eximij præsentiæ diuinæ effectus, quando homo seriò eam ob oculos defigit. Qua enim fronte audeat homo rem tam peruersam & sordidam, qualis est peccatum lethale coram Deo, committere, si seriò sibi persuadeat se in conspectu eius, qui infinita bonitate præditus est, & infinitè execratur peccatum tale, consistere? Qua ratione offensæ æternis dignæ cruciatibus obstringere, si consideret se astare ei, cuius iustitia est infinita? quem nouit nullum peccatum impunitum, siue in hac, siue in altera vita, relinquere? quem scit esse iustissimum iudicem, & iustè, etiam eum, qui vnicum tantum temporis momentum in peccando consumpserit, sempiternis addicere flammis: Hæc considerans B. Augustinus. *Domine*, inquit, *quando perpendo, quod gressus meos, semitasq; consideras, & die noctuq; super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, velut si totius creaturæ tuæ cæli & terræ oblitus tantum me solum considerares, & nihil sit tibi curæ de aliis, Deus meus terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna est indita necessitas iustè rectèque viuendi, qui cuncta fa-* Solil. c. 14.

ciamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Hucusque Augustinus. Vnde intelligimus, quantam vim & efficaciam ad cauenda peccata posuerit in consideratione diuinæ præsentiæ.

CAPVT V.

Hac præsentiæ diuinæ contemplatione vitentationes, & virtutem perseuerantiæ obtineri.

CONtemplatio diuinæ præsentiæ facit, vt non solum à peccatis cōmissis resipiscamus, verum etiam, vt in illa, antequam fiant, non labamur: dum enim Deum nobis quasi præsentē conspicimus, & cor nostrum in eum attollimus, accenditur in animis nostris quædam cupiditas omnes spirituales hostes debellandi, nec deest diuinitus fauor & auxilium. Insurgerant quondam impij Israelis senes ad noxiæ Susannæ, comminantes lapidibus obruendam, nisi libidini suæ faciat satis. Videamus, qua via & ratione tantam tentationem expugnârit. Considerabat nimirum se stare in conspectu Dei, Deumq; in se oculos defigere, vnde tanto terrore pudoreque perfusi

correpta est, tantaque vi & robore aduersus peccandi tentationem erigere animum cœpit, vt nulla interposita mora decreuerit potius honoris & vitæ, cum totius familiæ suæ dedecore iacturam facere, quam consentire peccato. Sic enim respondit. *Angustiæ sunt mihi vndique: Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quã peccare in conspectu Domini.* O sententiam dignissimam, quæ in omni tentatione dæmonis, vel mundi vsurpetur. Potius vitæ discrimẽ adiero, quam vt in conspectu Dei delinquam. Dan. 13.

Miles strenuus, quando in bellico conflictu animaduertit Imperatoris, vel Ducis belli oculos in se intentos, longè ardentius pugnat, quia scit in eius potestate esse, post partam victoriam spolia, vel officia militaria in bene meritos distribuere. Quid ergo non faciat miles Christi, dum in quotidiana sua cum dæmone, mundo, & carne dimicatione videt in se oculos diuinæ maiestatis cõiectos? dũ æterna meminit sibi decreta præmia? dũ scit in ipso ardore pugnæ sibi affuturas diuinarũ manuũ suppetias? Veritatem huius rei

quotidiana confirmat experientia. S
enim contingat seruum aliquem De
oblata succendendi, vel indignand
verbi causa, occasione, immemore
esse superni numinis, nec ordina
cor suum in Deum eleuare, videm
eum facilè prolabi in verba impati
tiæ, vel certè in animo peruersas q
tare cogitationes: si autem cor hab
erectum in Deum, omniaque sum
desideria in eum referat, obrepe
bus similibus tentationibus facilè
quiescit, nec sinit animum suum p
turbatione aliqua concitari, vel s
cumbere.

Cap. 8. Palladius in historia sua Laus
commemorat se, cùm aliquando
iuncto comite monachum quend
religiosissimum, rerumq; diuinar
peritissimum, nomine Dioclem, in
ferret, inter alia hoc documentum
eo accepisse, hominem pium, qu
primum à contemplatione diuinæ
sentiæ cessarit, continuò fieri, vel
monem, vel bestiam: bestiam quid
si succumbat tentationibus carnis,
illecebrarum carnalium: dæmonē
rò, si iracundiæ, arrogantiæ & simil
Cumq; Pallad. eum percũctaretur, q
satione posset anima nulla quiete
esse

cessatione interposita, defixam mentē habere in Deo? Respondit, quotiescunque mens nostra occupata sit in consideratione pia & salutari, quę ad Deum deducat, tum defixam esse in consideratione Dei. Cùm autem sanctus ille, tantopere in rebus pijs exercitatus dixit, hominem simulatque Dei oblitus fuerit, fieri dæmonem vel bestiam, nō intellexit id fieri solo lapsu in noxam lethalem, cum non facilè is contingat seruis Dei, sed etiam lapsu leuiori immoderatæ cupiditatis, qua aliquo modo similis vel dæmoni, vel bestiæ reddatur. Quocirca nullo modo conuenit seruum Dei, vt aliquando negligat, præsentem contueri Deum, impendente tentatione, & dum se occasiones offerunt iræ, impatientiæ, superbiæ, vel tristitiæ mundanæ, aliæq; indomitæ perturbationes, diuinæ obliuisci præsentiæ: tunc enim celerrimè, magnaque cum vigilantia cor eleuandum est ad Deum, eiusq; auxilium implorandum. Nam vt docuit S. Antonius, vnicum antidotum ad vincēdas omnes dæmonis tentationes præsentissimum est, continuam Dei, cum spiritali gaudio, retinere memoriam: ea omnes illius laqueos & dolos ilicò

dirumpi, & in fumos euanescere. Quòd autem & ipsum spiritale gaudium nascatur ex contemplatione Dei præcedentis, iam iam ostendemus.

CAPVT VI.

Exercitio diuinæ præsentiæ acquiri stabilitatem cordis, omnium virtutum perfectionem, & exteriorem munditiam.

INter præstantissima bona, quæ sancta hac exercitatione cõparantur, meritò numerari quoque potest firmitas & stabilitas nostri cordis. Ex primis constat hominem eo fine conditum, vt in hac vita Deo firmissime coniungeretur per contemplationem & amorem, in altera verò cœlestis claram visionem. Postquam autem per peccatum se à Deo separauit; & ad creaturas conuertit, quietem suam quærere cœpit in ipsis, nec tamen vnquam inuenit, quia propter illas conditas non fuit, sed nec earum vlla cupiditatem eius explere potuit. Vnde factum est, vt cogitationes suas, & desiderium nunc in hanc, nunc in illam transferens lapsus sit in magnam cordis in-

stabi-

stabilitatem, quam deplorat Propheta Ieremias, dicens: *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est*, errãs ab vno loco in alium: ac in anima quidem varijs rerum terrenarum cupiditatibus, in corpore crebris exilijs, & incarcerationibus diuexata. Atque hinc mox consecuta est cordis diuisio. Tot enim eius diuisiones sunt, quot res sunt caducæ, ad quas cogitationes & studia sua conuertit: & quoniam diuisione res destruuntur & consumũtur, factum est, vt cor tandem extingui debuerit morte culpæ & pœnæ æternæ, vt testatur Oseas Propheta, dicens. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* In hunc calamitosum statum incidunt, præcipuè illi, qui in lethale peccatum sunt prolapsi: hi enim prorsus sunt diuulsi à Dei amore, & in anima mortui sunt morte culpæ, & pœnæ æternę impendentis. Incidunt quoque suo modo multi serui Dei, qui quoniam plus æquo addicti sunt amori rerum terrenarum, ita tamen, vt ad grauitatem peccati mortalis non perueniant, in precibus alijsq; actionibus mente distracti sunt, inquieti, mutabiles, inconstantes, & proximi periculo lethaliter delinquendi.

Thren. 1.

Osee. 10.

Hæc mala, damnaque nullo effica
ciore antidoto auerti possunt, quam
hoc sancto præsentię diuinę exercitio.
Cùm enim animus noster crebro re-
gitationes suas, ac desideria attollit a
Deum, conuersando cum illo, & qua
familiaritatem ineundo, sensim sta-
litur, & confirmatur, eo quod abstra
ctus sit à rebus creatis mutationi &
stabilitati obnoxijs, coniunctus ve
personæ diuinæ incommutabili &
mortali. Quando enim nauis in m
vi ventorum, fluctuumque hinc
tam vehemẽter iactatur, vt pericul
sit, ne vel in scopulum impingar, v
submergatur, præsentissimum rem
dium est, vt fortissimæ alicui anch
alligetur, ne loco moueri amplius p
sit. Sic quando mens nostra in hu
mũdi Oceano varijs & periculosis c
gitationum, cupiditatumque proc
cum discrimine damnationis æter
exagitatur, saluberrimum antidot
est, eam applicare, & alligare ad anc
ram diuinæ præsentiæ, atque ita p
latim ad stabilitatem & constanti
cordis tanti à sanctis & iustis æstim
tam, Deoque gratissimam aspira
Quam ob rem in verum seruum D
optimè quadrat illud Ecclesiastici 49.
mi sch-

mo sanctus manet in sapientia sua sicut sol: stultus autem vt luna mutatur. c. 27.

S. Catharina Senensis, solitudinis & secessus amans, cùm à parentibus continuis laboribus noctu diuq; occuparetur, à Deo docta contra animi distractiones hoc vsa remedio est, vt cor suũ loco cubiculi haberet, in quo præsentem Deum assiduè cerneret, & cum eo colloquia misceret: sic enim obtinuit firmam & stabilem cum illo vnionem vt nullo externo labore vel fatigatione distrahi mẽte posset. Idem consiliũ postea & verbis & scriptis communicauit alijs religiosis fœminis, affirmãs in cordis cella esse verè regnũ Dei per gratiam, ibi Christum cum suis inspirationibus cœlestibus fixisse sedem. Felix profectò ille qui cum hac sollicitudine vitam traducit, vt tam intùs, quàm foris præsentem sibi Deum contempletur, in eum omnes cogitationes suas, vota & desideria referat: nec enim fieri potest; quin anima illius omnium virtutum, donorumque cœlestium copia circumfluat. Quotiescunque enim seruus Dei hoc modo ad Deum cor suum eleuat, & nouo afficitur beneficio, & gratiam ampliorem promeretur, & propius se adiungit

Raimundi in vita.

Deo, ac proinde & efficacius de eius lumine, bonitate, fortitudine, cæterisque diuinis perfectionibus hauriri.

In vita Dosithei narratur, ei inter cætera documenta spiritualia hoc fuisse à magistro suo S. Dorotheo traditum: *Nunquam in corde tuo memoriam Dei dispone, cogita illum semper stare coram te, & te coram illo.* Ipsum autem deinceps omne studium adhibuisse, vt obsequeret, & ideò nunquam memoriam eius siue sanum, siue ægrum deposuisse, sed peque in intimo cordis oratiunculatorijs eius opem imploraſſe. Nonnūquam enim sic breuiter precabatur: Domine Iesu Christe, miserere mei: aliàs aliter; atque hac sancta exercitatione intra quinquennium, ex adolescente quodam milite flagitioso, in virum perfectum euasit, dignusque tandem habitus est, qui adscriberetur in numerum sanctorum cum Deo in cœlis regnantium.

Doroth. in vita.

Iam verò hæc Dei memoria, hic diuinus intuitus, non solùm componit & moderatur hominem interiorem soli Deo conspicuum, verùm etiam exteriorem hominibus notum. Quemadmodum enim honoratior aliquis fun-

Principis famulus nulla alia re commodius in officio continetur, vt honestè, compositè & modestè se gerat, quàm si intelligat se à Domino suo videri, ac sedulò etiã obseruari: sic nullo alio monito seruus Dei efficacius in consuetis pietatis functionibus retineri poterit, quàm si meminerit se in conspectu Dei versari. Sicut astra cœlestia à sole præsente, in quem obuersa sunt, omnem splendorem mutuantur, quo in se fulgeant, & alijs fulgorem subministrent, atque adeò in terris suum effectum habeant. Sic homines iusti & pij, qui instar stellarum in Ecclesia Dei collucent, ex continuo Dei, quem præsentẽ oculis mentis cernunt, conspectu lumine diuino illustrantur, omniumque virtutum verarum solidarumque splẽdorem etiam communicant alijs. Quare meritò dixit Sapiens: *Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Eccl. 14.

CAPVT VII.

Quod exercitio præsentiæ diuinæ lætitia & consolatio spiritualis obtineatur.

AD continuandum vitæ spiritualis cursum non exiguum momentum ha- *Tract. 5. p. 2. c. 13 & 14.*

habet, gaudium ſpirituale, vt alibi ſe-
ſius docuimus: quod ab omnibus De
ſeruis maiorem in modum expetitur
& in ſummo pretio habetur. Hoc ver
tam ſalutare & ſpiritale bonum impe
mis ſancto diuinæ præſentiæ exercit
& comparatur & conſeruatur. Quem
admodum enim qui magnum aliqu
diſcrimen fortunarum, vitæve a
vehementer recreatur, ſi ſpectatu
ſe offerat illi quiſpiam, à quo tan
crimine eximi poſſit; ſimiliter, i
qui audit & cognoſcit vocem m
amici, quem annis multis non vid
magna lętitia perfunditur, ſi eum
videre queat: ſic anima ſerui Dei
cogitat, quantis in hoc exilio circu
ſepta ſit periculis atque ærumnis,
oculos mentis conuerterit in De
immenſa bonitate præditum, anim
uerteritque eum ſibi præſentem
ſtere, paratiſſimum ad porrigend
auxilium vt ex ſuis ærumnis eme
mirificè lætatur, & exultat, & m
conſolatione per ſanctas diuinæ
xationis voces cor ſuum affici ſen

Rex Ioſias, quoniam populum
multis beneficijs affecerat, & cul
diuinum impensè promouerat, ſu
diſſimam nominis ſui apud poſteros
re-

reliquit memoriam. *Memoria Iosiæ, in-* c. 49.
quit Ecclesiasticus, *in compositione odoris*
facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel
indulcabitur eius memoria, & vt musica in
conuiuio vini S. Bernardus de se confite- *Serm. 14. in*
tur, cùm primùm in religionem esset *Cant.*
ingressus, se vel solo conspectu ma-
gnorum virorum spiritalium, vel etiã
recordatione eorundem, si fortè lon-
giùs abfuissent, vel vita defuncti essẽt
tantoperè exultasse, vt mens quidem
omni deuotionis suauitate complere-
tur, oculi verò à lachrymis se contine-
re non possent. Si igitur aspectus vel
memoria hominis iusti tanto gaudio
aliquem perfundit, eò quòd videatur
sibi videre virtutes, & dona cœlestia,
quibus ille fuit à Deo ornatus, quid
non faciet spiritalis intuitus, & recor-
datio Dei, qua anima contemplatur in
eo infinitam bonitatem & pulchritu-
dinem, aliasque perfectiones? Quod
non gaudium, quam non consolatio-
nem, & intimam deuotionis suauita-
tem serui Dei anima plenis buccis
hauriret?

Commemorat Simeon Metaphra-
stes, S. Gregorium Episcopum Agri-
gentinum in Sicilia, dum esset adole-
scens, profectum Hierosolymam, vt

ve-

veneraretur loca sancta, ac tempore Quadrageſimæ ſeceſſiſſe in quoddam Palæſtinæ monaſterium, ibique vidiſſe monachos rara in Deum religione præditos, quorum alij in diuinarum rerum commentatione æterna in altum attollerentur, alij fontes lachrymarum inter precandum effunderent, atque in vitæ puritate, modeſtique honeſtate viderentur angelicis exemplis iuuenis permotus cum pudore ingenti ſuffundi, abijcere et amarè ſuperioris vitæ ſuæ errata deplorare. Præfectus monaſterio Pe... animaduertens ex vultu eiuſdem m... rorem, exiſtimansque id euenisse, q... longius à patria, amicisque abeſſet, ... iuncto ſibi alio monacho, remotio... bitris ſic affari cœpit dictum Gregor... Fili, ne animum nimio mœrore ... ruas, confide in Deo, breui patebi... ditus in ſolum natale. Sed reſpo... adoleſcens: *Non ea cauſa mei mœ... quod longè abſim à conſpectu meorum... enim præſentis vbique Dei contempla... illum remouendum mihi ſatis eſt: dum... cogito me continuò in eius verſari con... ſatis ſolatij accipio: id verò vnum me ... triſtat, quod hactenus non inſtituerim ... homine Chriſtiano, & verè pio ſignum*

Hoc

Hoc responso accepto, Patres ab eo digressi sunt, arbitrati non indigere eum sua consolatione, quandoquidem tali exercitationi deditus tam perfectus sit, vt possit etiam solari alios.

Iudas Machabæus, rei bellicæ gloria clarus, cum milite suo prælium inituros, quoniam Deum præsentem contemplabatur, tanto cum gaudio & alacritate in hostem ruebat, vt quamuis pauci, quàm plurimos opprimerent. Vnde S. Scriptura sic loquitur: *Iudas, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati.* 2. *Mach.* 15.

Hæc & alia præstantissima sunt huius diuini exercitij emolumenta, hi sunt admirandi fructus, quos in animis producit viua numinis diuini præsentis consideratio. Conetur ergò seruus Dei hoc exercitium vsurpare quouis tempore & loco. Quoties & noctu euigilabit illicò animæ oculos sustollat ad contemplandam præsentem diuinam maiestatem, versetur cũ illa tanquam amantissimo parente. Idẽ faciat cũ manè è lecto surrexerit. Q& si per publicas vias incedẽdũ, oculos cor-

po-

porales modestè in terram demi
teneat, spiritales verò animi in Deu
erigat. Quoties colloquia instituet
negotia tractabit cum hominibus
considerationis oculum defigat in
de quibus loquitur, alterum verò
ijciat in Deum, & eius fauorem
ret. Si in morbum incidat grau
consuetum orationum pensum
uere nequeat, ne angatur, sed
loco crebriùs cor suum ad Deum
uet, inuocando illum, & desid
illi exponendo, atque hoc vnico
re, sit contentus & quietus: sic
supplebit omnium meditationum
giorum, aliorumque operum bo
quæ requirunt integras corporis
res, defectum. Sic faciebat sanctus
Propheta cùm diceret: *Nomen tuum*
Isai. 26. *memoriale tuum in desiderio animæ.*
mea desiderauit te in nocte: sed &
meo in præcordijs meis de manè
ad te.

CAPVT VIII.

In hoc sancto exercitio voluntatis
iungendum esse cum consideratione
intellectus.

IN hoc sacro, diuinoque exercit
non solùm intellectus occupan

est in contemplanda diuina præsentia, verùm etiam voluntas, vt affectu in eam feratur, eamque quasi complectatur. Et quoniam voluntatis actiones in hoc exercitio principem locum tenent, speciatim declarabimus, cuiusmodi actiones sint, & quomodo exerceri debeant. Nam, vt ait S. Bonauentura, sunt quasi motus, & inflammata cordis desideria, quibus anima anhelat ad perfectam in amore cum Deo vnionem, igniti mētis affectus, viua interioris hominis suspiria, quibus inuocat, prouocat, commouet que diuinam maiestatem, vt se ad consummatā illam amoris sui coniunctionem admittere velit: sunt denique pia quædam incitamenta & affectiones voluntatis, quibus anima nostra velut alis spiritualibus euolat, & attollit se sursum, vt Deo appropinquet.

In Epist. 25. memoral. c. 22. Et in myst. Theol. via tertia.

Hæc vehementia desideria, affectusque ardentes cordis vocantur aspirationes, quibus anima è terra se attollit in cœlum, hoc est, aspirat in Deum: nā, vt idem Bonauentura loquitur, quemadmodum respirando nulla interueniente deliberatione trahimus anhelitum ex intimis corporis visceribus: sic celerrimè, & nulla quasi deliberatio-

tione antegressa aspirando ad Deum
trahimus inflammata quædam de-
deria ex intimis cordis penetralibus,
vt Deo intimè coniungamur.

Has aspirationes, vel affectus in-
flammatos cordis homo imprimis ex-
clarat breuibus oratiunculis, quas
vocamus iaculatorias: sunt enim
quasi tela vel sagittæ ignitæ ex in-
pectore profectæ, deinde & fer-
ctis quibusdam colloquijs, quæ
ma cum Deo quasi præsente instru-
Dicuntur autem colloquia, qua
ut anima alloquitur Deum per d
desideria, sic Deus vicissim loqu
cum ipsa anima, radijs quibus
diuinis illam collustrando, in
tiones sanctas ei communicando,
magis magisque affectus volun
incendantur. Neque verò h
debet interna illa suspiria, in
mataque desideria vi aliqua in
secus vel extrinsecus adhibita co
tare, sed potius à diuina gratia m
rato aliquo studio adhibito, exped
Quamuis enim homo coope
cum Deo facere debeat, quod in
tamen præcipuè pendere debet a
pe diuina, pieque & humiliter orare
impetrare, quod ex parte sua debet
si posset.

Etenim, vt alibi docuimus, in seruitio diuino tres sunt viæ, vel tria Exercitiorum genera. Vna est, pertinens ad incipientes, dicta Purgatiua. Altera, ad proficientes, dicta Illuminatiua. Tertia Vnitiua, pertinens ad perfectos. Haud secus sunt quædam aspirationes, quæ valent ad purgandam à vitijs affectionibusque terrenis animam, & sunt viæ purgatiuæ. Aliæ valent ad consequendas virtutes, & sunt viæ illuminatiuæ. Aliæ ad impetrandam perfectam vnionem animæ cum Deo, & sunt viæ perfectiuæ. Qua de causa hoc loco commemorabimus tria aspirationum, & iaculatoriarum orationum genera, ex sancti Augustini, aliorumque Sanctorum libris excerpta, vt vnusquisque conuenienter suæ dispositioni ad manum habeat orationes, quibus in hoc sancto exercitio diuinæ præsentiæ queat ad Deum aspirare. Neque idcirco volo vt his tantùm vtatur: poterit enim vti quibuslibet alijs similibus: sed id tantùm moneo, præstantiores efficaciores que eas esse, quas quisque à Deo motus ex corde suo exprimit, etiamsi non sint compositæ, sicut hæ. Nec item volo vsur-

vsurpari omnes; liberum enim cuique est vsurpare quas velit. Et quamuis sit nisi vna pro qualibet via; tamen, si crebriùs magno affectu iteretur, sufficiet ad capiendum huius sancti exercitij fructum. Facilè autem poterunt memoria recitari, si sæpiùs perlegantur & repetantur.

CAPVT IX.

De aspirationibus, orationibusque iaculatoriis attinentibus ad viam Purgatiuam.

ASpirationes conuenientes viæ purgatiuæ sunt hæ: Domine Iesu Christe, Deus meus & Saluator meus, qui ad saluandos peccatores in mundum venisti, ignosce mihi & salua me. O Deus meus, quid agam? quid dicam? peccaui coram te, & contra te benignissime creator, & dulcissime redemptor, miserere mei Domine. Agnosco Domine scelera mea, et confiteor, condona illa. Destitutus Domine, omni pietate, vilissimus infirmissimus peccator sum, nihil sum, nihil ex me valeo, adiuua me Domine, & miserere mei. Vtinam, Domine, nunquam te offendissem. Vtinam

aunquam adiram prouocassem. Vtinam, Deus, semper voluntati tuæ obediuissem, & sanctis tuis inspirationibus satisfeciissem. Remoue à me, Domine, quicquid tibi displicet in me, & mihi nocet Propono, Domine, me, adiuuante tua gratia, te non amplius offensurum, occasionesque delinquendi vitaturum. O pijssime Iesu, miserere mei miseri & abominandi peccatoris. Indignus sum à terra sustentari, & me suscipe per tuam misericordiam ac sanctissimæ vitæ, passionisque tuæ merita, necnon ob benedictæ Matris tuæ Sanctorumque omnium intercessiones. Omnia scelera, & negligentias vitæ meæ, quæ sunt innumerabiles, & grauissimæ conijcio in tui immensi amoris flammas, & infinitam misericordiæ tuæ abyssum, in sacratissima tua vulnera, vt in ijs consumantur, mihique pœnitentiã iniungo. Laua me, Domine, tuo pretiosissimo sanguine; quia vna gutta illius sufficit ad saluandum totum mundũ. Sana me ab omnib. plagis meis, quia tu es fons salutis. Sanctifica me auctor sanctitatis. Deus meus, largire mihi sanctũ iudiciorum tuorũ timorem. Concede mihi, bone Iesu, dolorem & odium grande de peccatis

meis. Da mihi odium mei ipsius. Da dulcissime mi Saluator, robur ad mortificandas meas passiones. Da mihi, vt rectum iudicium de me feram, Da, vt seuerè à me exigam pœnas, ad satisfaciendum iustitiæ tuæ. Da mihi Saluator, vt quamcunq; pœnam, tribulationem, contemptum libenter recipiam in satisfactionem pro meis delictis. Da vt potius eligam mori, quàm peccare. Da, vt non modò timeam, fugiam & peccata grauia, sed etiam leuia. Da mihi firmissimum propositum non amplius peccandi. Da mihi gratiam peccata uerandi, & pœnitentiam tota vita agendi.

CAPVT X.

De aspirationibus pertinentibus ad viam illuminatiuam pro ijs qui in cultu diuino proficiunt.

ASpirationes quæ ad hanc secundam viam pertinent, & secundum queunt proficientibus, sunt hæc: oro te Deus & Saluator meus, Iesu Christe, pro omnibus beneficijs tuis. Te laudo, benedico, & glorifico pro omnibus tuis misericordijs. Gratias tibi ago, quòd me elegeris ab æterno, quòd è nihilo creaueris, quòd hucusque

conseruâris. Quòd cùm esses verus Dei viui filius me amasti, pro mea salute homo factus & passus. Gratias ago quòd captiuum redemeris, quod perditum vocaueris, & saluaueris, quòd fidei lumine, tuorumque Sacramentorum thesauro ditaueris. Gratias refero pro omnibus sanctissimę vitæ tuæ, passionisque mysterijs. (Possunt autem hę gratiæ ambulando cantari, & quidem particulatim pro singulis mysterijs in sancto Rosario comprehensis.) Gratias ago pro particularibus omnibus beneficijs mihi præstitis. Et hæc quoque ambulando potes expendere, distinctè de singulis gratias agendo, & dicendo: Iesu nostra redemptio, amor, & desiderium, &c. Adoro crucem tuam sanctissimam, eamque toto cordis mei desiderio amplector, & quanto valeo honore prosequor. Saluete benedicta vulnera, quæ tu pro me recepisti, quibusq; me tuo cordi impressisti: Saluto cor tuum vulneratum & pro me patefactum. Absconde me Domine in tuis vulneribus, vt in illis saluare me queam & ab omni malo liberare. In tuo corde reconde me, & in illo contra oēs inimicos me tuere. Scribe in anima mea Domine omnes tuas pœnas &

dolores, vt totis viſceribus tibi condo-
leam . Imprime plagas tuas pectori
meo , vt totus ſim tuo amore ſaucia-
tus. Detege Domine omnes virtutes,
quæ in tua ſacratiſſima vita paſſione-
que relucent , vt in illis omnibus te-
miter, & in omnibus perfectè me tibi
conformem. O dulciſſime Ieſu, vt poſ-
ſim te imitari, da mihi profundam hu-
militatem, & perfectam obedientiam.
Concede mihi viſcera miſericordiæ.
Pone Domine linguæ meæ frænum,
omnibusque ſenſibus meis . Potrig
Domine lumen intellectui, puritatem
cordi, ſpiritum meum corrobora, pa-
fica, tranquilla, & omnia animæ m
interiora exhilara. Exaudi me Dom
ne, & poſtulatis meis annue; nec e
cupio mihi concedi , quæ congru
propẽſioni meæ, ſed quæ ſalutem m
& gloriam tuam rectius promoueant.

Verùm quia Orationis Dominic
onduent. in petitiones ſpectant quoque ad vi
yſt. Theol. illuminatiuam, ſummam earum
etiam loco ex Sanctorum libris deſi
bemus. O *Pater*, qui diuina tua gra
gignis filios ſpirituales , me quoq
fac verum filium tuum . Da mihi g
tiam, vt in omnib. tibi obſequar, &
tanquam filius ſincero amore compl
ater.

ctar. O Pater, qui omnibus tuam bonitatem communicas, & in omnes clementiæ tuæ dona ſumma liberalitate effundis, ſicut omnes nos è nihilo cõdidiſti, ita omnes digneris adoptare in filios gratiæ. Da mihi, vt omnes amem velut fratres, eoſdemq; vera caritate & miſericordia complectar. O Pater, *qui es in cœlis*, licèt enim vbiq; ſis, tamẽ peculiariter in corporibus cœleſtibus tuam potentiã, ſapientiã, & bonitatem manifeſtas: in cœlis verò ſpiritualibꝰ, hoc eſt, in Sãctis omnibꝰ alio modo magis ſpeciali habitas. O ſi anima mea, tuæ gratię beneficio niteret, fulgeretq; inſtar cœli, & virtutibꝰ ornata eſſet quaſi ſtellis: tunc enim ſedẽ oculis tuis gratiſſimam in ea reperires. O Pater ſanctiſſime, vtinam nomen tuum, potentia, maieſtas, bonitas, ſapientia, vera fide ab omnibus nationibus agnoſceretur, & religione, cultuq; ſancto coleretur, & glorificaretur, perfectaq; caritate adamaretur. Vtinam, inquam, qui ſupra omnia es, haberêre ab omnibus ſanctus, & ſecundùm infinitam bonitatem tuam diligereris ab omnibus. Nullam ſiquidem perfectionem, ęquè ac bonitatem, in myſterio redemptionis, quod maximè ad te amandum nos obligat, patefeciſti.

Qui es in cœlis.

Sanctificetur nomen tuum.

dueniat gnum tuũ.

O Pater clementissime, non regnet amplius in nobis amor mundi, non dominetur caro, non imperet dæmon, sed tu solus regna in animabus nostris, tu solus sis lumen nostri intellectus, & dux voluntatis, nihil sit in nobis, quà te non moueatur, & dirigatur.

iat, volun- tua.

O dulcissime Pater, vtinam in omnibus possem tuam sanctissimam voluntatem perficere. O vtinam omnes indigenæ huius terræ conformarent se incolis cœli.

nem quo- dianũ da.

O Pater clementissime, præbe animæ nostræ spiritualem cibum, id est, tuum sanctum amorem. Huius cibi mirabilis est substantia; hoc quotidie opus habemus; hoc corroborantur animæ nostræ, pascunturque donec veniamus ad æterna tabernacula. Sed nec necessaria nobis desint pro toleranda vita corporali, vt tantò ardentiùs tibi per amorem adhæreamus.

dimitte bis.

O Pater misericordiarum, dimitte nobis peccata nostra, ob quæ reiecti sumus pœnæ æternæ. Quandoquidem scimus te velle ea dimittere, & nos inuitare, vt petamus eorum condonationem. Condona igitur Domine nobis nõ solùm peccata grauia, sed etiam leuia, quibus te quotidie offen-

&c.

dimus, testimoniumque huius condonationis nobis trade, quod soles tradere tuis filijs, diuinum scilicet amorem.

Sicut & nos dimittimus.

Domine, postulas à nobis, vt diligamus inimicos nostros, sicut tu eos diligis, & omnem iniuriam nobis illatam remittamus, vt nobis etiam nostra delicta remittantur. Id præstant, Domine, viua tuæ Ecclesiæ membra, & fac, vt omnes ita faciamus, vt omnes tecum in gratiam redeant.

Et ne nos inducas.

O potentissime Pater, præbe mihi contra omnes animæ meæ inimicos, omnesque tentationes victoriam, vt per amorem semper tibi adhæream.

Sed libera.

O benignissime Pater, libera me ab omni malo pœnæ animæ meæ noxio, ac ab omni re, quæ in hac vita impedire potest perfectam mei cum tua diuina bonitate vnionem, in altera verò claram faciei tuæ visionem, & contemplationem. Tanta caritate me locupleta, vt immunis esse queam, non solùm à cruciatibus æternis inferni, verùm etiam temporalibus Purgatorij, non quòd reformidem ob tui amorem aliquid pati, sed vt anima mea, ab omni noxa purior, sit quoque tuis oculis carior, & quando ex hoc corporis ergastulo euolabit, nulla inter-

posita mora perfruatur conspectu possessioneque infiniti boni, quod tanto perè desiderauit.

CAPVT XI.

De aspirationibus pertinentibus ad viam vnitiuam.

ASpirationes & orationes iaculatoriæ ordinatæ ad vnionem perfectam animę cum Deo, quę exercentur in hac via vnitiua, hæ sunt. Dulcis Iesu, Deus meus amor infinite, imple totum cor meum tuo diuino, & fortissimo amore. Inflamma animam tui amoris igne, qui nunquam extinguatur, vt totus amore ardeam. Occupa omnes ànimæ meæ facultates tua dulcedine, tuique amoris efficacia, donec nulla res eam moueat, nisi amor. O Deus meus, amatū principium, & creator meus; ô purissima, ęternaque essentia, ac fons infinitus omnis esse. O bonum infinitè amabile, ô fons infinitus omnis boni, ô infinitę suauitatis abyssus. O pelagus immensum gaudiorum ineffabilium. O Deus meus, in te omnia inueniūtur, quibus ego indigeo, & quicquid desiderare queo, quia alia omnia à te manant & proueniūt. Te solū spectę, te vnum quæro; quia alia omnia.

nia per te optari & quæri debent. Aperi mihi, quia ego te voco; attrahe me, quia te desidero. Fac vt per amorem vnum tecũ efficiar. O Deus cordis mei, quando ego te inueniam, qualem desidero? quando perfectè me tibi coniungam? quando per gratiam & amorem supernaturalem me in te transformabo? O Deus meus, vita & gloria mea, quando moriar omnibus mũdi rebus, vt perfectè viuam in te? Quando renũciabo omnibus rebus, vt resignatus sim omnino voluntati tuæ? Deus me⁹, rex meus, exigis à me, vt toto corde te amem, da mihi quæsò gratiam, vt perfectè, quicquid imperâris, compleam.

O bone Iesu, ô spes mea, ô refugium meum, ô cordis mei amor, ô sponse flo ride, & animę meę dulcedo, ô vita mea, ô requies mea, ô gaudium & consolatio mea. Prępara Deus animam meam, munda, & ab omnibus vitijs eam expurga, passionesq; omnes in ea mortifica. Adorna eam omnibus tuis virtutibus, amore tuo vulnera, dignam eam facha bitatione tua, vt in ea delitijs illis frui possis, quas desideras habere cum filijs hominum. O altissima & beatissima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus S. tres personæ, & vnus solus Deus ve-

rę, doce me, adiuua me, vt te diligā; tege me, vt omnia tui amore faciā. O Pater æterne, per tuā immēsam potentiā, adimple sanctis cōsiderationib. meā memoriā, vt semper sit in te firma & fixa. O Fili Dei viui, per tuam æternā sapiētiam, meum intellectum tuo diuino lumine illustra, ac perfectam tuæ veritatis meæque vtilitatis notitiam subministra. O Spiritus consolator, amor Patris & Filij, per tuam inexhaustā bonitatem incēde totam animam meam perpetuo tuæ caritatis ardore, vt semper & in omnibus rebus quæram tuam gloriam, & tuæ sanctissimæ voluntati me conformem. O clementissime Iesu, Deus meus, caritas infinita, quivis nos diligere proximum sicut nos ipsos, largire gratiam, vt omnes plenè ex tuo amore diligam. Adiuua Ecclesiam tuā, & fac eam in omni virtute & sanctitate efflorescere. Miserere omnium, quos tuo sanguine redemisti. Purifica, illumina, & perfice animas omnium fidelium tuorū. Conuèrte miseros peccatores. Reuoca advnionē cū tua Ecclesia, & gratia, oēs hæreticos, & schismaticos. Doce omnes ignorantes veritatē. Trahe ad fidei lucem infideles omnes. Succurre afflictis in omnibus suis necessitā-

tatibus. Conforta omnes mœstos, omnibus Purgatorij animabus remitte pœnam, & gloriam tribue sempiternã. Pro me & omnibus illis tuũ pretiosissimum sanguinem offero, & quicquid fecisti, vel perpessus in hoc mundo pro salute nostra fuisti. Offero & B. Virginis, tuæ gloriosissimæ matris, omniũque electorum tuorum merita. Amen.

CAPVT XII.

Quibus medijs possit comparari hoc donum, Deum præsentem in actionibus habendi.

HActenus exposuimus admirandos huius diuini exercitij fructus, docuimusq; quẽadmodum practicè vsurpandũ sit: nunc supereſt, vt declaremus quibus medijs hoc donũ acquiri possit. E quibus primũ sit, vt illud postulem⁹ à Deo; quia donum diuinum est, descẽdens à Patre luminum, à quo omne bonum & donũ perfectum proficiscitur. Sicut enim à Christo Deo & Saluatore nostro, omnia alia subsidia ad salutem opportuna & necessaria expetimus, sic & hoc donũ humiliter nobis concedi p. suã infinitã misericordiã, passionisq; suę merita flagitemus, quo semper eius recordemur, semper cor nostrũ in ipsũ erectũ habeamus, semper deniq; quoad

diuinitatem præsentem contemplemur, inuocemus, desideremus & diligamus Hoc donum si obtinuerimus, cum eo facilè omnia reliqua, pro adiumento & profectu nostro spirituali, consequemur. Nec dubium illud concessum iri, si magna cum fiducia, viuoque desiderio ad illud aspiremus. Neque vllus, cuiuscunque status vel conditionis sit, potest iure se excusare, quod hoc beneficium à Deo postulare non possit; quia vt propter occupationes & negotia aliquis eo nō perueniat, vt semper Deū sibi præsentē sistat, tamē poterit aliquoties in die amorē suū in Deū attollere.

Aliud medium ad habēdum Deum præsentem esse potest, si signis nonnullis vtamur, quorum conspectu tactuve Dei recurrat memoria; vt si dictum aliquod muris eius loci, in quo ordinariè versamur, inscriptū sit, cuiusmodi esse possunt: Noli peccare, quia Deus videt. Vel illud Sapientis: *In omni loco, oculi Domini contemplantur bonos & malos* Vel illud Dauidis Regis: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper* Vel, *In omnibus vijs tuis cogita Deum.* Vel illud Tobiæ ad filium: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum* Possumus & signi loco filum alligare brachio, vel digito. Nam

&c.

n. 15.

l 15.

u. 3.

4.

& annulos in ijs gerimus, ne temporalium quorũdam negotiorum memoria excidat. Sonum quoque campanæ signi vice accipere ipsi possum⁹, statuereque illum nobis fore loco cœlestis vocis, vt recordemur Dei. In veteri lege præcepit Deus filijs Israel, vt in vestium fimbrijs vittas gestarent hyacinthinas, quibus conspectis recordarentur mandatorum Domini, ac sancti essent coram Deo: placebit ergò maximè Deo, si quis simili signo memoriam excitet præsentiæ diuinæ, sic enim facilius Deum inuocabimus, & amore eius inflãmabimur ad perfectã præceptorum suorum obseruationẽ.

Num. 15. Deut. 22.

Legimus S. Edmundum Cantuariensem Archiepiscopum, cùm adolescens operam litteris daret, hoc sanctum exercitium vturpasse, hoc est, mentem eleuasse in Deum, eamque obrem in cubiculo suo effigiem quãdam D. Virginis, cum mysterijs Christi circumillam depictis, affixisse, vt ea inspecta ad Deum, Deique matrem facilius recurreret. Atque hoc medium inter optima, quibus in hoc sancto exercitio vti possemus, censetur, vt si consuetudo cõfirmet hoc exercitium, adiuuante diuina gratia, efficacissi-

mum sit ad habendam semper præ oculis diuinam maiestatem.

CAPVT XIII.

De aliis mediis, vt de examine Particulari, & solicitudine, & amore cordis.

ALiud medium, valde vtile ad retinendam præsentiæ diuinæ memoriam, est Examen particulare, vt scilicet cùm circa meridiem, aut vesperi rationem exposcimus à nobis conscientiæ, id quoque excutiamus, an præsentem toto die Deum in actionibus nostris habuerimus, & si factum sit, sedulò gratias agam⁹ Deo, quia singulare Dei donum est; ac proponamus nos idem accuratiùs obseruaturos diebus insequentibus. Si verò secus acciderit, doleamus, & emendatione proposita, pœna aliqua culpam expiemus. Hæc enim pœna & memoriam illi in posterum renouabit dicti exercitij, & valebit ad impetrandam Dei beneuolentiam, vt negligentia corrigatur, & maior progressus in hac virtute fiat. Solicitudo inest alicui, exempli causa, ingens acti-

candi domum: hæc ipsa excitat eius memoriam quocunque vadat, vt illius non obliuiscatur; hæc facit illum somniare de illa, imò somnum tollit, tollit & cibum. Idem facit cura augendarum opum, educandorum liberorum, sanitatis conseruandæ, quando toto pectore eam suscipit. Haud secus, si quis ex animo solicitus sit de obtinenda illa collectione animi, vt Deum sibi statuat præsentem, tanquam admodum opportuna & efficaci ad salutem, & profectum spiritualem; multò plus, quàm externis signis, vel examine particulari, iuuari poteris ad consequendum hoc spirituale beneficium, vt nunquam facilè è memoria præsentiam illam deponas. Supra omnia autem media, & remedia, quæ præcipue ad hoc sanctum exercitium adiumento esse queunt, est verus Dei amor. Hic enim, vbi in serui Dei corde radices egerit, continenter illum vrgebit, & excitabit, vt cogitationes suas, piaque desideria in Deum præsentem conijciat, & cum illo assiduè conuersetur. Hæc siquidem amoris natura est, si ardens sit, vt magno pondere animam transportet in rem amatam, quo vniatur

cum

cum illa, ac vnum quiddam cum ea efficiatur. Et quoniam anima suis est instructa facultatibus, hinc fit, vt semper quoque rei amatæ recordetur, semper de ea cogitet, semper eam expetat, & complectatur. Qua de causa dixit Christus: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

atth. 6.

Bonau. in yst. Theol.

Hinc sequitur; totam huius Exercitij difficultatem & laborem esse in principijs, donec anima pernenerit ad magnum Dei amorem: simul atque enim amor possederit cor, facilè & suauè est meminisse Dei, cogitationesque omnes, & affectus in eum attollere. Atque reuera in primis initijs, quibus homo seriò incipit seruire Deo, solet Deus tantam promptitudinem, & gustum spiritualem in hoc exercitio subministrare, vt etiam nouus tyro mitetur, cur non omnes homines continenter cogitent de Deo, & amore in illum ferantur, ac non excurrant in vias publicas, moneantque ignaros, vt recordentur Dei; quandoquidem tam facilè illa diuinæ præsentiæ suauitas degustari possit. In hac coniunctione periculum quidem esse videtur, ne tyro ille bonus præsumat de se, ac in virtute longè profectum, suisq; laboribus &

meri-

meritis hoc beneficio ornatum se reputet; cùm non sit nisi particularis quædam Dei dispensatio, & suauissimum diuinæ prouidentiæ artificium. Vt enim tyroni Deus adimat rerum terrenarum amorem, & difficultates omnes fortiùs vincat, quæ solent occurrere in diuini seruitij primordijs, hanc facilitatem, & dulcedinem præsentiæ diuinæ solet illi communicare. Nam postea, cùm animaduerterit eum mundi amorem exuisse, ac fortiorem robustioremque in diuino seruitio factum, subtrahit illam promptitudinem & suauitatem, quæ in diuinæ præsentiæ consideratione erat, vt adiuuante diuina virtute deinceps conetur etiam cum suo labore, & difficultate comparere gratiam, quam initio nullo ferè labore erat consecutus.

Atq; hoc tempore admodum conueniens est seruum Dei non terreri, aut ab hoc exercitio desistere, sed magno animo suscipere in se labores, quos Deus ab ipso postulat. Nec dubium est, si persistat, eum beneficium hoc possessurum cum maiore perfectione & constantia, quod in principio nullo labore consecutus fuerat.

Nam

Nam dum cum sudore perseuerat, & difficultate, radices agit humilitatis, & accessionem facit in amore Dei. Vnde fit, vt excellentiori quodam modo diuinæ præsentiæ donum mereatur, maiorique securitate, & firmitudine possideat, quoniam didicit submittere se, sibique diffidere; idemque maiori facilitate, & voluptate exeter propter gratiæ copiam, & amoris in Deum magnitudinem, quo cor suum obfirmauit, & perfectius Deo coniunxit.

O felices & millies beati illi, qui constanter perseuerant, donec hoc dono locupletentur. O quantum virtutum meritorumque thesaurum tales inuenêre in hoc exilio. O in qualem delitiarum spiritualium thesaurum inciderunt in hac lachrymarum valle? Diuina scriptura asserit vniuersam terram optasse interi vultum sapientis Regis Salomonis, multosque è remotissimis à Ierusalem prouincijs aduenisse cum multo labore, & difficultate, vt viderent eum, audirentque eius sapientiam. Quam cùm percepisset Regina Saba, non dubitauit in hæc verba exclamare: *Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & au-*

Reg. 10.

dient

diunt sapientiam tuam. Quantò æquiùs, & rectiùs faciunt fideles omnes, qui anhelant ad cernendum vultum Dei, etiamsi nõnullo labore opus sit. Multò enim beatiores serui erunt, qui hoc donum consecuti fuerint, quàm illi Salomonis, vtpote qui sermones coram cum diuina maiestate conferant, qui in intellectu suo diuinæ sapientiæ radios, in voluntate verò amoris cœlestis flammas percipiant.

Vocabat Christus beatos pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes, & sitientes iustitiam, misericordes, mundos corde, pacificos, patienter ferentes persecutiones, atqui has omnes beatitudines solo diuinæ præsentiæ exercitio consequimur. Hoc fideles fiunt humiles, & sui contemptores, omniumque rerum temporalium; hoc exercent mansuetudinem contra iniurias; hoc in se excitant odium in peccata, & amorem rerum cœlestium; hoc excitantur lacrymæ laudabiles contritionis, & deuotionis. Hoc procreat perpetuum & viuum desiderium fruendi Dei, diuinorumque bonorum; hoc promouet ad exhibendam omnibus misericordiam. Hoc expurgantur corda ab omnibus vitijs & passio-

Matth. 5.

passionibus. Hoc pax magna & tranquillitas mẽtis obtinetur & vnio cum proximis impetratur. Hoc omnes efficiuntur fortes, constantesque pro toleranda cum patientia qualicunque persecutione. Hoc denique in hac vita consequuntur gratiam & amorem perfectum, in altera verò gloriam, & fœlicitatem infinitam. Amen.

(*)


Exer-

EXERCITIVM PRAESENTIAE DEI.

- Est
  - Nobile & salutare, quia compendiũ aliorũ. c. 1.
  - Facile, quia Deus
    - semper paratus
    - vltro inuitat.

    cap. 2.
- Parit eximios fructus, videlicet,
  - Facilem orat. & meditationem. c. 3.
  - Puritatem mentis. c. 4.
  - Victoriam tentationum. / Perseuerantiam. — c. 5.
  - Stabilitatem cordis. / Virtutum perfectionem. / Exteriorem munditiam. — c. 6.
  - Lætitiam & Consolationem. — Spiritualem. c. 7.
- Obtinetur
  - Petendo à Deo
  - Signis quæ seriant. — oculos / aures. / tactum. — c. 11.
  - Examine particulari
  - Seria solicitudine.
  - Vero DEI Amore.
  - Fortitudine & Constantia

  — c. 13.
- Exercetur
  - Iuncta cũ intellectu voluntate per — Suspiria / Affectus. / Desideria. — c. 8.
  - Iaculatoriis orationibus — Purgantibus. c. 9. / Illuminantibus. / cap. 10. / Vnientibus. c. 11.



R. P.

FRANCISCI ARIAS, SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

SPIRITVALIA DOCVMENTA

DE SS. CONFESSIONIS, & Eucharistiæ Sacramentis, frequenter, vtiliter, ac cum fructu percipiendis.



COLONIAE.
Apud Ioannem Kinckium, sub Monocerote.
ANNO M. DC. XVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. AVGVSTINVS
LIB. DE ECCLES.
dogmat.

Quotidie Eucharistiæ Communionem percipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus suadeo, & hortor, si tamen mens sine voluntate peccandi sit.

R. P.

R. P. FRANCISCI ARIAS, SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

DE FREQVENTI VSV ET vtilitate SS. Confessionis, & Communionis, Liber.

PROOEMIVM.

QVIA hic liber propter eos in lucem emittitur, qui Deo seruire statuerunt, & determinârunt: ideò media illis proponuntur, quibus adiuti in diuino seruitio non solùm conseruentur, & progressum faciant; verùm etiam ad eadem benè exercenda inflammentur. Quapropter cum omnium illorũ præcipuum atque efficaciſſimum sit Sanctorum Sacramentorum vsus, id est, frequens Confessio, & Communio: duo à nobis opusculi huius perfectio requirit; alterum, vt ad frequentem dictorum Sacramentorum vsum ani-

mas exhortemur, magna & admirabilia beneficia proponendo, quæ per illum acquiruntur; secundum, vt veram & salutarem ea frequentandi rationem doceamus. Sed quia copiosum de hac re tractatum instituendo, nimium & plus quàm præsens liber ferre posset, excederem; id tantùm attingam, quod nobis in hac materia vtilius, & ad eos instituendos magis necessarium videbitur, qui se totos Deo tradere proposuerunt. Id verò fiet, cùm breuiter ocu-
lis subijciemus, & demonstrabimus, quàm expediens sit omnibus fidelibus crebrius Confessionis & Communionis Sacramenta accedere; deinde particulares abusus, & occultiores defectus declarabimus, quos hac in parte admittere solent, qui Deo seruire deliberârunt.

(*)

CON-

CONFESSIONIS FRVCTVS.

1. Remittit peccata 2. Confert gratiam. 3. Commutat pœnam æternam in temporalẽ. 4. Expiat partem pœnarum temporalium. 5. Mentem refrænat, & conscientiam tranquillat. 6. Recuperat amissa bona. 7 Ex attrito facit contritum. 8. Animæ restituit sanitatem. 9. Exhilarat totum paradisum. 10. Lucratur communionem Sanctorum. 11. Sẽper aliquid boni à confessario discit. 12. Cõtristat vehementer Satanam. 13 Angelum custodem exhilarat.

S. EVCHARISTIAE FRVCTVS.

1. Remittit peccata præterita, quæ obliuione exciderunt. 2 Confirmat aduersus futura. 3. Debilitat vitiosos animi impetus. 4. Tentationes minuit. 5. Ad pietatis studium incitat. 6. Intelligentiam illuminat. 7. Accendit affectum. 8 Confirmat spem 9. Debilitati nostræ firmitatem addit. 10. Exhilarat conscientiam. 11. Participes nos facit meritorum Christi. 12. Dat pignus gloriæ. 13. Cõfirmat cor hominis. 14. Armat fortes, vt strenuè cum Diabolo certent. 15. Perterret inimicum. 16 Alacrem facit ad probas actiones. 17. Mirè adiuuat res aduersas. 18. Pœnas peccati minuit.

CAPVT I.

Quàm expediat omnibus sæpè confiteri & communicare.

CVM inter media, quibus homines pij in seruitio Dei cõseruãtur, & prgrediũtur, magna illos virtute, & frequẽti Sanctorum Confessionis & Eucharistiæ Sacramẽtorum vsu potissimum indigere viderem: duo breuiter explicare cõstitui, quæ mihi hac in parte ad fidelia Deo seruire cupientium instructionẽ necessaria, & literis digna videntur. Primum, quam conueniens sit omnibus fidelibus, diuina sæpè Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta accedere. Secundum, quæ peccata occulta, vel abusus in dictorum Sacramentorum perceptione fiant, & admittantur, ac in ijs, qui Deo seruire statuerũt, reperiri soleant.

Quod ad primum attinet, plures & validissimæ rationes sunt, quæ Christianos omnes ad hæc sancta Sacramẽta frequenter, id est, octauo quoque die, vel decimo quinto, aut, si velint, singulis mensibus visitanda, impellere debeãt,

debent. Nam si tales sunt, quibus Deus gratiam fecit, vt ab vltima sua confessione nullum peccatum admiserint mortale: hoc ipsis valdè vtile est, ad gratiam quam à Deo acceperunt conseruandam, & tam in illa, quàm omnibus alijs virtutibus, donisque cœlestibus proficiendum. Deinde ad gratiam Dei maiorem indies conciliandam, & honorem illius atque Ecclesiæ Catholicæ vtilitatem promouendam, vti etiam ad salutem suam certam faciendam, cumulum meritorum amplificandum, gratiam & virtutem vberiorem acquirendam; vt tentationes & insidias inimici nostri non solum cognoscant, sed etiam superent. Imò ad facilius & suauius opera virtutum perficienda, hanc vitam maiori ope diuina transigendam, ac tandem ad hunc mundum, cum salutis fiducia, ampliori conscientiæ consolatione, & pace relinquendum.

Ob has similes SS. Sacramentorum & plures alias virtutes & operationes; valdè seruo Dei bonum est ijs frequenter vti. Nam licet ab vltima sua Confessione, nullum peccatum mortale admiserit, nihilominus certum est, multa illum venalia commisisse, quo-

rum aliqua nouit, quædam verò ignorat: neque propterea excusatur, quandoquidem illa cognoscere potuisset. Cum verò ab anima ea non propellit, magnum ei detrimentum adferunt, & ad mortalem culpam perpetrandam disponunt. Adhæc manifestum est, hominem quotidie à Dæmone, Mundo, propria carne & natura corrupta variis tentationibus impugnari, quæ ipsum in peccati mortalis discrimẽ adducunt. Quia porrò multæ ex illis occultę sunt & periculosæ, assiduis remedijs ad animam suam veniali peccato liberãdam, continuo robore ad tẽtationes omnes propulsandas; & perpetuo rore cœlesti, ad peruersam naturæ suæ inclinationem mitigandam, opus habet. Hæc omnia in sanctissimis Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramẽtis inueniuntur, quando sæpiùs frequentantur. Nam etsi contra dicta pericula sint alia medicamenta, nihilominus tamen hæc frequenter adire, (si debito modo fiat) melius & certius est remedium.

De his admirabilib. sanctissimi altaris Sacramenti operationibus ac virtutibus, quas in sæpè communicantibus operatur, benè S. Bernard. his verbis testificatur: *Duo illud Sacramentum pera-*

Serm. de Cœna Domini.

operatur in nobis: vt videlicet & sensum in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omninò consensum. Quod S. Vir ab illius affectu experientia cõfirmat, quem serui Dei in cordibus suis sentiebant, quibus loquebatur, dicens: *Si quis vestrum non tam sæpè modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiusmodi: gratias agat corpori & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramẽti operatur in eo, & gaudeat, quòd pessimum vlcus non accedat ad sanitatem.*

Hæc Sancti Bernardi sunt, quæ ab omnibus alijs Sanctis etiam agnoscũtur, atque à Sancto Tridentino Concilio confirmantur, vti ostendit sanctissimum Sacramentum in omnibus ijs, qui illud benè dispositi suscipiunt, eiusmodi operationes producere, illos custodire, & ne tentationibus consentiant, defendere; passionum motus componere & continere, inimicos illorum subiugare, vires ad omnia iam dicta conferendo, in recta viuendi ratione fouere & promouere. *Sess. 13. c. 2.*

Hinc fit, quòd in omnibus ciuitatib. & terris, vbi homines sunt, qui sæpiùs confitentur, etiam reperiantur, qui se pluribus annis, imò toto vitæ suæ decursu in gratia Dei absq; vllius peccati

Roffenſis Mart. lib. 5. de Euch. cor- ob. 90.

mortalis admiſſione conſeruent. Huius rei teſtes ſunt omnes ordinarij Cõfeſſores, & experientia diſcunt tantum bonum fidelibus communicari, quia ſæpiùs & benè diſpoſiti, precioſiſſimi Euchariſtiæ Sacramentum accedunt. Huiuſmodi Chriſtianos omnes (etiãſi conſcientia illorum mortali peccato careat) ad frequentem Confeſſionem & Communionem incitare & permouere debet.

Quòd ſi aliquod ab vltima Confeſſione admiſerunt, multò magis propter rationes ſuprà adductas, & plures etiam alias, ipſis neceſſarium eſt, ſine mora ad Confeſſionem currere; nam hac ratione debent ſe à peccato mortali extricare, & ab omnibus malis, atque calamitatibus hinc procedẽtibus, ab odio nimirum, & inimicitijs Deiomnipotentis, maledictione diuinæ maieſtatis, à dura Satanæ & tenebrarum principis ſeruitute, bonorumoperum & meritorum jactura, à manifeſto grauiorum peccatorum maiori cæcitatis, atque obdurationis, imò damnationis æternæ periculo liberare, à quibus omnibus vti & alijs dependentibus ſe ſubtrahit, qui ſtatim & debito modo confitetur. Quamuis autem

ap. 14. . Tim. 2. Gregor. in noral. lib. 5. cap. 12.

tem à peccato mortali, per solam contritionem, & propositum confitendi tempore opportuno liberari aliquis possit, tamen valdè difficile, & in paucis rarum est, absq; sanctissimi Sacramenti auxilio, contritione tangi: Nam verus dolor tantum peccati odium requirit, vt per hoc, anima & voluntas magis peccata mortalia, quàm omnia mundi mala & miserias detestetur, tãque firmum emendandæ vitæ propositum in se contineat, vt statuat nunquam vlli peccato mortali consentire, quamuis ad bonorum amissionem vel mortem euitandam conduceret.

Adhæc necesse est, vt singularis Dei amor ad hanc peccati detestationem, & vitæ nostræ emendationem præcipuè nos trahat. Quia verò homines primò ab ineffabili caritate cõmuniter non mouentur, sed potius à suæ damnationis timore: valdè difficile est hanc contritionem absque SS. Sacramentorum adminiculo obtinere: vnde fit, vt qui mortali peccato infecti sunt, dum illud non confitentur, ordinariè in eodem hæreant, & omnibus malis (vti diximus) ex tali delicto prouenientibus subiaceant: quod ideò illis ita contingit, quia absque SS. Sacra-

mentorum ope ad internum dolorem communiter non pertingunt, qui ad peccatum mortale depellendum necessarius est: At cùm ad Confessionem post peccatum admissum recurrunt, statim se ab illo, & malis ipsum concomitantibus expediunt. Nam quando confessio non solùm cùm vera peccati detestatione & odio, sed etiam firmo emendationis proposito fit: etiamsi præcipuè ob timorem damnationis ad illud relinquēdum quis permotus sit, nihilominus SS. Sacramentorum virtute gratiam Dei acquirit: quod Theologi docent, & à Sancto Concilio Tri-
ess. 14. c. 14 dentino definitum est, attritionem, id est, imperfectam pœnitentiam, virtute Sacramenti contritionem, id est, perfectam & meritoriam pœnitentiam fieri. Nam misericordia Dei in noua lege adeò immensa est, tantamque virtutem noui instrumenti Sacramentis tribuit, vt gratiam conferant, modò nullum impedimentum offendant: & si homo in gratia est, illum augmentent.

Hæc sunt magna illa beneficia, quæ sæpè confitentes, ac pretiosum Domini nostri Iesu Christi corpus suscipientes consequuntur, & graues miseria, à

riæ, à quibus liberantur & immunes redduntur. Quomodo igitur, qui salutis suæ cupidus est, & Deo seruire statuit, tanta dona respuere poterit? qua ratione tantum emolumentum contemnere audebit? quomodo se à frequenti confessione, quæ salutis & vitæ fons est, excusabit, siquidem per illam à tantis malis, morte, peccato, pœna æterna liberatur, tantamque puritatem, & cœlestem pulchritudinem, tot bona, & tantam gratiam atq; gloriam acquirit? Quomodo à crebra sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti perceptione abstinere poterit, quod est panis vitæ, peccatorum mors, furculus virtutum, medicina passionum, infirmitatis nostræ solidamentum, thesaurus gratiæ, dulcissima diuinarum consolationum mensa, immortalitatis radix, & omnium bonorum fons: Hæc de prima parte sufficiant, nunc ad secundam, quam præcipuè explicare statuimus, & propter experimentum, quod habemus, magis necessariam esse constat, accedamus.

CAPVT II.

De quorundam defectu, qui sua peccata in confessione excusant, & quomodo in hoc seipsos mortificare debeant.

NOn hic grauia & manifesta delicta ostendere proposui, quæ ordinariè in Sacramento Pœnitentiæ ab ijs committuntur, qui salutem suam vilipendunt, vti est, Confessionem nulla conscientiæ discussione facta, ad quã quilibet obligatus est, accedere; vel ex timore aut verecundia mundana, grauius aliquod delictũ in ea reticere, absque emendationis & periculorum euitandorum proposito confiteri. Nam hæc omnia confessionis fructum prorsus impediunt, & valorem tollunt, imò ad eadem peccata cõfitenda obligant, præterquam, quòd malè confitendo sacrilegium admittatur. Verùm quasdam negligentias & errores patefacere volo, qui ex malis naturæ nostræ corruptæ inclinationibus oriuntur, & in hominibus, qui salutis suæ cupidi sunt, & benè viuendi propositum fecerunt, reperiũtur, quos deserere, & radices, vnde prouenient, extirpare oportet.

Horum

Hórum vnus est, quod homo in Confessione suum peccatum colorando excuset & defendat, ne videatur tam magnum & graue, nec tam turpe vt in se est. Et quidem pro excusatione dicunt, se offensam quam patrârunt declinare non potuisse, quod falsum est: quia Deus neminem ad impossibile obligat. Alij verò aiunt, quòd licèt peccato vindictam aliquam, vel rem turpem appetendo consenserint; huiusmodi tamen desiderium subitò transijsse, & ab animo expulsum fuisse: quo pacto significare volunt culpam leuem esse, etiamsi consensus deliberatus fuerit. Attamen certum est, quòd si motibus animi prauis non restiterint, sed consenserint, profectò peccatum admiserunt, quamuis tantùm exiguo tempore consensus durauerit. Si autem id, in quo consensum præbuerunt, notabile detrimentum proximi est, vel adulterium aut simile; consensus peccatum mortale erit, licèt breui tempore durauerit, quia non virtute illius, qui consensit, sed ob passionis violentiam quiescentem hoc contigit. Alij innocentiam suam prætendunt, totamque culpam in dæmonem conijciunt; dicentes hostem infernalem ipsos ad

peccatum induxisse. Quidam verò proximum, qui causam illis peccandi dedit, inculpando, se purgant, dicentes se si peccauerint ideò fecisse, quia tam molesti ipsis fuerunt, tam vehementer orârunt & institerunt, vt ab eis liberari non possent, vel quia prius reprehenderunt ipsos, & calumniârunt, vel infortunij sui causa fuerunt; & contra voluntatem ipsorum loqui, aut etiam multò plura in defensionem suam facere coegerunt. Alij sua peccata palliant, & peiori ratione defendunt, Deoque illa tribuunt, dicentes Deum dedisse illis hanc naturam tam peruersam & ad nequitias procliuem, vt quicquid faciant, aut quocunque tandem modo se defendant, nec hoc peccatum euitare, nec his tentationum insultibus resistere possint. Hoc autem omnino falsum & à veritate alienum est: quia nec diabolus, nec vllus homo quenquam ad peccandum cogere potest, qui cauet, ne deliberatè & voluntariè peccatum admittat, nec Deus in hac vita eiusmodi auxilium & subsidium homini denegat, quod ad peccatum euitandum necessarium est, sicò tantùm vti velit.

Magnus hic defectus originem suam

fuam ab hominis ſuperbia & præſumptione ducit, quippe hoc facit, quia magnum ſe eſſe arbitratur, & pluris, quam deceat, ab alijs fieri cupit, aut quia verecundiam & reprehenſionem timet, quam ob peccata ſua meruit. Sic enim ait ſanctus Gregorius: *Animum ſuperbia elatus, ſi quid eſt quod reprehenſibiliter facit, mallet ſilentio tenere, quàm voce confeßionis aperire. Ex illo quippe lapſu primi hominis hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ. Sic namque ille dum lignum vetitum contigiſſet, abſcondit ſe à facie Domini inter ligna paradiſi, &c. Qui cùm argueretur à Domino quod de ligno vetito contigiſſet, illicò reſpondit: Mulier quam dediſti mihi ſociam, ipſa mihi dedit de ligno, & comedi.* Lib. 22. mor. ca. 8. in edit. no. & 9. Gen. 3.

Ipſa quoque mulier inquiſita reſpondit, dicens: Serpens decepit me, & comedi, &c. Cumque excuſare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per ſerpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati ſunt: obliquè Adam Dominum tangens, quòd ipſe peccati eorum auctor extiterit, qui mulierem fecit: & Eua culpam ad Dominum referens, qui ſerpentem in paradiſo poſuiſſet.

His

His excusationibus duo maxima scelera perpetrarunt, & notabilia damna incurrerunt. Vnum est, quod misericordiam Dei retardârint, quò minus subitò illis noxam admissam ignosceret Propterea enim factum est, vt Deus serpentem non interrogauerit, quia nec ei peccatum condonare volebat, nec ipse pœnitere poterat: Verùm Adam & Euam interrogauit, quia volebat, vt per dolorem & displicentiam peccata sua agnoscerent, & absque vllo innocentiæ prætextu, simplici ac humili confessione, perfectam delictorum missionem obtinerent. Secundum est eiusmodi, quòd excusando se, peccatum suum maius & grauius, quàm erat, reddiderint: vnde factum est, vt quamuis ob pœnitentiam factam posteà ignouerit, nihilominus ista remissio pluribus miserijs & grauissimis afflictionibus, totius Mundi scilicet corruptioni, plusquàm nongentorum annorum super terram exilio, trium vel quatuor millium annorum in Lymbo captiuitati alligata fuerit. Idem omnibus Adami filijs sua peccata defendentibus & excusantibus contingit, & dum culpam in creaturas, vel miserias & tentationes suas reijciunt, secreta qua-

quadam ratione, in Deum omnium creaturarum atque afflictionum auctorem conuertunt: vnde peccatum multiplicant & misericordiæ Dei, quæ ipsis ignoscere cupit, magnum obstaculum ponunt. Quod sanctus Gregorius optimè his verbis ostendit: *Humáni generis vitium & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & coniunctum defendendo multiplicare.* Hæc igitur mala inclinatio corrigenda est, clarè & apertè peccatum cum omnibus circumstantijs illud aggrauantibus confitendo, totam culpam in nos ipsos reijciendo, & illius veram & totalem causam retorquendo. Nam licèt diaboli mortales tentent, ad malè agendum inducant & incitent: tamen homo semper liber est, & à Deo sufficiens auxilium accipit, ne peccato consentiat, sed resistat, ac propterea totam sibimet, non alicui alteri creaturæ malum imputare debet, dicendo ex affectu se peccatum admisisse, totamque suam esse culpam, quia liberè consenserit: imò etiamsi talia pericula atque occasiones euitare potuisset, non fecerit. *Lib 22. mor c 9.*

Adhæc potuisse etiam se bene defendere & orationibus, pœnitentiæ & mi-

misericordiæ operibus, colloquiis ac piorum librorum lectionibus munire, nec his alijsque medijs, quæ Deus ipsi in hunc finem dederat, vsum esse, ideoque totam culpam in fere dundare, ac omne malum & detrimentum ex se prouenire. Nam sancti Ioannis Chrysostomi sententia verissima est: *Nemo læditur nisi à seipso*, ita vt nullum maius detrimentum sit eo, quod ex peccato procedit. Quòd si homo nunquam peccato consentiret, nunquam reatum incurreret, nec vllo incommodo afficeretur. Cùm ergò tam exactè scelera sua confitetur, caueat ne humilis aut valdè contritus propter sua delicta videri velit, quia nihil aliud esset, quàm ex vna superbia in aliam labi: sed deliderare debet, vt peccator videatur, & vt talis confundatur, obiurgetur & reprehendatur, quò citius medelam accipiat.

In tom. 5. hom. quòd nemo læd.

Huius rei bonum experimentum ac testimonium erit, si homo libenter se accusari, de peccatis suis redargui, & velut peccatorem tractari patiatur; quia si apertè se peccatorem confitetur, & tamen vt talis haberi non vult; signum est illum nec cor de perfe-

cto

cto se accusasse, nec confessum esse, quod sanctus Gregorius his verbis declarat: *Confessionis veritatem probat, cùm alter malum quod facimus increpat. Quòd si superbè defendimus liquet, quia peccatores nos ex nobis fictè dicebamus. Vnde summoperè curandum est, vt mala quæ fecimus, & sponte fateamur, & hæc alijs arguentibus non negemus. Superbiæ quippe vitium est, vt quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab alijs dedignetur.* Lib. 22. mor. c. 10. in edit. noua. Cassian coll. 18. c. 11.

Hæc sanctus Gregorius, quibus ostendit, qualis intentio illius esse debeat, qui vera pœnitentia tactus, absque vlla fictione & excusatione vult confiteri, scilicet non vt iustus censeatur, aut velut talis honoretur, sed è contrario confundatur, humilietur, & tanquam peccator corripiatur. Tanta est simplicis & humilis confessionis virtus, vt illa peccator cœlos penetret, diuinæ maiestati se sistat, & infinitam illius misericordiam, ad debita peccatorum suorum remittenda, & bona sibi conferenda inclinet. Sicut pauperes mendici, quò magis suam paupertatem & vulnera pijs hominibus patefaciunt, eò amplius illos ad compassionem mouent, &

plu-

plures eleemosynas accipiunt : sicetiam peccatores , quo plus malitiam suorum peccatorum detegunt, grauia illa æstimant, & de illis sese accusant: eò magis summi Dei clementiam ad commiserationem, ac pretiosa gratiæ dona tribuenda inflectunt.

Regius Propheta Dauid optimè profectò hanc Dei naturam cognoscebat, cùm diceret: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Nō defendit, nec diminuit, sed apertè cōfessus est, vt diuinā clemētiam ad hoc ipsi condonandum flecteret. Psal. 24.

Huius rei optimus testis est Latro; qui in cruce pendens, non solum peccata sua absque vlla defensione, & in alios reiectione agnoscebat & confitebatur, verùm etiam seipsum accusabat: intelligens se pœnam promeruisse, vti socio suo dicebat: *Nos digna factis recipimus.* Ideò ob humilem hanc & pœnitentia plenam confessionem, statim peccatorum suorum veniam accepit: codēq; instanti tā à culpa, quàm pœna absolutus, ad paradisum deductus fuit. Luc. 23.

Talis est veræ confessionis effectus; qui ab animo humili & contrito procedit, Deum placat, & ad iram atque indignationem, quam contra

transgressorem conceperat, deponendam inducit: interminationem pœnæ æternæ mutat, atque in misericordiam, dona gratiæ & gloriæ conuertit. Merito igitur Deum cum regio Propheta Dauide orare debemus: *Domine, non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.* Psalm. 140.

CAPVT III.

De culpa quæ incurritur, cùm aliquod peccatum in confessione verbis dubijs, & nihil tale quid significantibus manifestatur.

QVi sæpius confitentur, solent in aliud vitium impingere, quod ab eadem radice originem ducit; cùm videlicet sua scelera verbis aut vocibus, nullam culpam aut peccatum significantibus patefaciunt, vtpotè quando dicunt: Confiteor de his meis imperfectionibus & delictis, quòd exiguam patientiam, humilitatem, charitatem habuerim, orationes meas cum maiori attentione non dixerim, linguam meam & oculos melius non custodierim, turpes & inutiles cogitationes celerius ab animo meo non ejecerim, hoc vel illud opus

cum

cum tanta humilitate & charitate, quanta potui, non absoluerim, verba quædam otiosa & murmuratione plena protulerim. Hæc & similia verba, nullam culpam aut peccatum significant; nam cùm homo contra id ad quod obligatus est agit, aut quod facere debet, & iniunctum est intermittit; culpa vel peccatum est: sed omnia ista ab eo reuera proferri possunt, qui id, ad quod tenebatur, penitus executioni mandauit, etiamsi quicquid facere potuisset, & melius perfectiusque fuisset, non fecisset; non enim Deus homines sub pœna peccati mortalis, aut etiam venialis semper ad faciendum quicquid possunt, aut quod melius & perfectius est, obligat. Itaque si quis peccata sua his tantum verbis absque vlla alia explicatione confiteretur, absolui non posset: quia ne vnum quidem peccatum apertè manifestasset.

Verùm quando is, qui sæpè ad confessionem accedit, dubium aliquod peccatum detegere cupit, nec certus est, an illi consenserit, & in repellendo negligens fuerit; tunc nequaquam reprehensione dignum est, huiusmodi inter confitendum verbis vti, modò alia

alia sua peccata clarè & distinctè apetiat. Quòd si non recordatur se ab vltima sua confessione hoc delictum commisisse, aliud quoddam anteactæ vitæ confiteri potest, vt absolutio aliquam materiam inueniat. Vbi verò peccata sua certa, & à se admissa fuisse nouit; hac loquendi ratione nequaquam vtetur, sed potius manifestis & significantibus verbis confitebitur dicendo: fateor me in custodia cordis mei negligentem fuisse, otiosas cogitationes non ita studiosè, vt debebam, repulisse, tam attentè & deuotè, vt oportebat, orationi non vacasse, motibus iræ, superbiæ, odij & inuidiæ, cũ tanta patientia, humilitate & caritate, sicuti obligatus erã, non restitisse, pigrum ad bona operà fuisse, quædam facienda omisisse, alia verò facta non ob tam sanctum finem, ac teneor, id est, ad gloriam Dei præstitisse: sed è contrario à voluntate & inclinatione praua motum, honorem, ac delectationem in illis quærendo mezio & auiditate corporis, in cibo & potu, vestitu & recreationibus, neglecta temperantiæ regula, commoditates apetiui. In aduersitate, naufragio,

gio, & afflictione occurrente, nimiam
displicentiam & animi mœrorem
concepi, nec me diuinæ voluntati, vti
oportebat, conformaui. In ijs, quæ ex
voto obtigerunt, propter honorem,
laudem, voluptatem, vel delectatio-
nem, quam adferebant, nimis vanè
gloriatus sum, nec ad gloriam Dei &
salutem animarum retuli. Linguam
meam non tam diligenter, ac tenebar,
refrenaui. Me absque necessitate, &
animarum vtilitate laudaui, curiosa in-
quisiui, & inania verba protuli.

Hæc & similia quotidiana sunt de-
licta, quæ sæpiùs in vna hebdomada,
mò vno die committunt, qui Deo dili-
genter & sollicitè seruiunt, (qui enim
hac cura soluti viuunt, in alias multo
grauiores noxas cadunt) & talibus
verbis confiteri debent, quibus culpam
suam patefaciunt. Verum desiderium
accusandi se, vti oportet, demissio ani-
mi, dolor & pœnitentia sceleris, lu-
men quod ex spirituali profectu ac-
quirunt, perspicuè antè oculos mentis
has & similes offensas constituet, &
verba ad explicandum, vti conuenit, ita
grauia & atrocia suggeret, quia in sanc-
to Confessionis Sacramento peccatum
contra seipsum testimonium deponit, ve-

testis autem iudicialiter examinatus, veritatem apertè manifestare tenetur. Imò quod amplius est, ratione Dei cõtra seipsum Aduocatus constitutus est, qui omnem pro suæ causæ iustitia rationem adducere, & certò, & clarè iniquitatem ac partis aduersæ delictum manifestare debet.

Cùm ergò peccator in hoc foro eiusmodi hominum personam sustineat, necesse est, vt omnem peccati grauitatem declarando & confirmando fidele testimonium contra seipsum proferat; causam Dei prosequatur, omnes rationes adferat, quæ ipsum ad amorem & præceptum illius seruandum obligant; debito cum dolore suam ingratitudinem, malitiam, & quicquid illum intendere potest, agnoscat. Tunc Deus infinita sua misericordia motus, hominem manu apprehendit, aduocatum & protectorem se constituit, sententiamque in fauorem illius profert, partim ab omnibus suis peccatis liberando; partim à confusione & pœna æterna, imò & temporali vindicando, quam suis delictis promeruerat.

Itaque quiddam in hoc iudicio admirabile cõtingit, quòd videlicet peccatori crimina cùm occultantur, neq;

prout oportet ad lucem educuntur, in iudicio Dei detegenda & propalanda reseruentur, vt tunc in terribili illo tribunali puniatur, ac in cõspectu cœli terræque confundatur. Quòd si iam illa benè cõfiteatur, & cum decenti contritione manifestet, ita cooperit & occulit, vt nunquam in suam confusionem vel pœnam Deo vel hominibus nota sint futura. Nã cum illo ita egerit, quasi nunquam offendisset; libenter illum etiam intuetur, cum similli caritatis affectu desiderat, tanta liberalitate & abundantia de thesauris gratiæ & gloriæ participem facit, ac si nũquam illum ad iram prouocasset. Quàm benè Regius Propheta Dauid huc alludebat: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Psalm. 31. tecta dicuntur, quia non amplius in rerum natura sunt, & quamuis essent, nunquam tamen contra peccatorem producerentur.

CAPVT IV.

De abusu qui committitur, cùm peccata venialia absque dolore vel corrigendi proposito in confessione deleguntur.

IN quibusdam Dei seruis, qui sæpius confitentur, & à peccato mortali absti-

stinent, aliud vitium reperitur; quòd venialia quidem peccata manifestent, sed interim eorum motus atque inclinationes in seipsis viuere patiantur, nec perfecta pœnitentia & contrarijs operibus extinguant, atque hac ratione confitentur, & se ex consuetudine, absque vllo pœnitentiæ motu, id est, vero dolore, aut firmo emendationis proposito accusant. Ita de verbis otiosis, voluntaria distractione, curiositate in eo, quòd oculos & reliquos sensus concernit, de excessu in cibo, potu, somno & risu; de otio, temporis iactura, concessis corpori nimijs commoditatibus, iocosis mendacijs, de murmuratione in rebus paruis, acedia, tepida oratione, Missæ auscultatione cõfitentur, idque antequam corde doleant, & verum melioris vitæ propositum statuant. Est autem hæc negligentia valdè noxia, partim quia qui sua peccata absque vero illa deserendi proposito confitetur, remissionem illorũ non consequitur, sed in anima remaneant, illam magis debilitent, & ad periculosiorem lapsum disponant: partim, quia qui hac ratione confitentur, denuò impingant; quippe talis confessio (quoad peccata) ficta est, quan-

doquidem se verbis accusant, nullumque in animo culpæ odium cõcipiunt, nec absolutè illius semitam deserere proponunt.

Quòd si omnia peccata venialia, quæ in confessione dicuntur, hoc pacto, id est, sine vero emendationis proposito manifestentur; prorsus simulata, ficta & nullius valoris est. Propter has causas valdè necessarium est (sicut plurimi S. Doctorum ostendunt) seruis Dei, diligenter sua venialia peccata ante confessionem expendere, apud se pro delictis in Deum admissis habere, ac verè & fortiter se nunquam repeturos proponere. Quòd si in eadem sæpius recidant, cum eodem proposito frequenter resurgant; & licèt singulis vicibus in idem peccatum relabantur, toties idem statuant, nec animi despondeant, aut desperent: sed potius laudem Deo & gratiarum actionem persoluendo se humilient, qui semper ad recipiendum illos & ignoscendum paratus est. Nequaquã existimare debent, huiusmodi confessiones propter frequentem eiusdem peccati recursum inutiles esse: quia magnum illis fructũ adferunt. Quotiescunque enim ad pœnitentiam cum tali emendationis pro-

Greg. Papa 3. ædm. 34.
Bernar. in r. de cœna om.
Th. p. 3 q. 7. ar. 23. & 4. d. 16 q. ar. 2.

po-

posito redeunt, maiorem gratiam, plures virtutes, & dona cœlestia consequuntur; maiores vires accipiunt, quo sibi caueant, ne grauiora facinora committant; bonam aduersitatum partem declinant, quas passi fuissent, nisi ad confessionis Sacramẽtum recurrissent, & suorum delictorum remissionem procurassent. Quòd si ex humana imbecillitate seruus Dei, firmum in animo propositum fugiendi omnia venialia peccata non sentiat, ad minus statuat, maiora quædam & magis noxia declinare. Sin autem tantæ infirmitatis esset, vt illud quoad venialia peccata ab vltima confessione non experiretur, quia valdè communia sunt, eique difficile ac molestum foret euitare, crimen aliquod adducat, de quo antea confessus est, maioremque displicentiam & firmiorem emendandi voluntatem habet: vt hac ratione confessio perfecta & sincera sit, gratiamq; reuera mereatur: ad hoc enim consequendum, necesse est hominem ad minimum quædam delicta patefacere, quæ & displicent, & firmo emendationis proposito amplius committere non vult.

Cur autem peccata venialia cum tali dispositione confiteri debeant, eius-

Th. p.3.q. modi causa est: quòd cùm homo venia-
.a.6 in 4. lem noxam contrahit, anima inordi-
16. q.2.ar. natè ad creaturas se conuertat, dum
1.q.3.a.2. voluptatem quam ab illa percipit, plus quàm Deum amat, & potius suam, quàm illius voluntatem sequitur. Vt ergò vitium istud expellat, atq; ad primũ suum statũ redeat, oportet internũ aliquod opus peccato admisso contrarium facere. Eiusmodi autem dolor est, vera culpæ patratæ detestatio, & firmum nunquam illam reiterandi propositum, vel similis valoris aliquis, quale amoris Dei, aut deuotionis act', vel sui ipsius esset oblatio, ita peccato veniali repugnans, vt si in memoriam illi veniret, statim detestaretur, & corriperet. Quicunque sua peccata hoc modo dispositus confitetur, certus est illum subitò remissionem omnium consequi.

Singulare profectò Dei beneficiũ est, quòd homini tam efficax & suaue remedium, vti hoc est, concesserit. Vnde quia anima vnico veniali delicto infecta paradisum ingredi nequit, sed ab omnibus vel in hac, vel in altera vita expurgatam esse necesse est: meritò diuino hoc medicamẽto vti debemus. Quãdo igitur octo vel quindecim die-

rum

rum spatio euoluto, venialia delicta ab vltima confessione admissa, Confessario manifestanda sunt, primò omnium diligenter nobiscum expendere debemus, considerantes illa coram Deo, & contra diuinam ipsius volũtatem peccata esse, quę animabus nostris magnũ detrimentum adferunt, nos à præstantium Dei bonorum participatione impediunt, & temporali aliqua pœna vel afflictione dignos fuisse; quia consensum illis dederamus.

Magnum igitur dolorem & pudorẽ in nobis concipiamus, quòd talia commiserimus, firmiter proponentes de cætero similium periculorum barathrum euitare, & de illis in tali dispositione confiteri. Quòd si non omnia, sed grauiora solùm, quæque maiorem verecundiam pariunt, detegamus: tamẽ oportet nos de omnibus dolere, & statuere quòd illa nunquam reiterare velimus. Hac ratione à terribili purgatorij igne liberabimur, & copiosam gratiam cum maiori conscientiæ puritate obtinebimus, atque ex hoc exilio migrantes, citiùs ad cœlestem ciuitatẽ perueniemus. *Non enim*, vt S. Ioannes ait, *intrabit in eam aliquod coinquinatum.* Apoc. 21

CAPVT V.

De negligentia qua conſcientia ante confeſſionem diſcutitur, & incommodis inde prouenientibus.

QVamuis homines deuoti, quiſe Deo ſæpiùs reconciliari conſueuerunt, communiter in conſcientia ſua debito modo examinanda, minimè negligentes ſint, vt ipſorum confeſſio valeat, necopus ſit illam repetere: nihilominus tamen in multis incuria quædam ſingularis eſt, quæ pœnitentiæ fructum retardat. Illa autem eſt, quòd conſcientiam ante confeſſionem valdè leuiter percurrant, nec animarum ſuarum penetralia ingrediantur, nec multorum peccatorum latentium curam agant; quæ etſi valdè grauia ſint, non tamen illa cognoſcunt, nec confitentur, quia malitiam occultam habent, vel virtutis ſimilitudinem præ ſe ferunt.

Ad hanc rem, quæ magni momenti eſt, intelligendam, conſiderandum eſt, quædam peccata ex malitia fieri; ea nimirum quæ homo talia eſſe cognoſcit, & ſcienter admittit, etiamſi ab aliqua paſſione non magna incitetur; quædã ex infirmitate fiunt, ea videlicet, quæ

qui-

quidem vt talia cognoscit, sed à passione aliqua aut vehemēti tentatione inductus committit: alia per ignorantiā, quorum natura hominem latet. Cùm ergo omnem diligentiam adhibet, vt ediscat aut intelligat, quod ipsum scire conuenit; & tamen nullum inuenit qui doceat, à peccato excusatur: verùm cùm non studet vt sciat, interrogando ac consulendo illos quos deberet, neq; mediis necessarijs vtitur vt à Deo illuminetur, & in eo quod facere tenetur ab hominibus instituatur, nullus excusationi locus relinquitur, si quid committit quod peccatum sit, & contra præceptum sub peccati mortalis pœna obligans facit, transgressio ipsius mortalis erit; Sin contra venialis culpæ mandatum agit, eius delictum pariter veniale censebitur, quamuis non tam graue, quàm si ex malitia scientiaque perpetrasset. Hæc nobis in constitutione quadam Ecclesiastica his verbis à S. Augustino ostenduntur: *Non omnis ignorans immunis à pœna est: ille autem ignorans potest excusari à pœna, qui à quo disceret non inuenit: quod scire non studuit, & quod dignam facultati comparandæ ad rectè faciendum operam non dedit; hoc animæ deputatur in reatum.*

August. de ... vet & non ... Test c. 67. De lib arb. ca. 22. tom. ...

Ex quo sequitur multos Christianos in grauia peccata lapsos esse, quamuis ob socordiam ignorantia laborassent, & quia ipsos latebant, nequaquam confitebantur: imò quidam vsque adeò mente capti sunt, vt se viam virtutis tenere, & recta ad cœlum tendere pro certo arbitrentur, cùm interim ab illo deflectant, & directo itinere ad æternam damnationem descendant. Quapropter benè Sapiens ait: *Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.* quasi dicat: Quidam inter homines viuendi modus est, qui iustus apparet, quædam opera sunt, mores & conuersationes, quæ bonitatis speciem præ se ferunt, sed ante Deū nullam prorsus habent: quia illis permixta sunt peccata, quæ ad ruinam pertrahunt. Quæ sint autem ista, & quibus remedijs occurrendum sit, in sequentibus ostendemus. Prou. 16.

CAPVT VI.

De quibusdam peccatis, quæ ex ignorantia committuntur, & multi ignorant, nec confitentur: quia id discere negligunt, quod scire tenentur; & de socordia in caritatis & iustitiæ operibus.

VT

VT magnum hoc malum melius cognoscatur, & conuenientioribus remedijs præueniatur, vtile admodum erit, nonnulla ex occultis istis peccatis in lucem adducere, quæ ex culpabili ignorantia fieri solent, & ob materiæ grauitatem aliquando sunt mortalia. Communiora tantum proferemus, vt ex his reliqua comprehendantur, & detegantur.

Quædam exterius magis sensibus subiecta, & ad cognoscendum, si quis obseruare velit, faciliora sunt; alia paulò subtiliora, occultiora, & ad intelligēdum difficiliora. Primi generis hominum negligentia est, qui ea, ad quæ propriè ob dignitates & officia sua obligati sunt, intelligere & facere prætermittunt. Sunt diuersi hominum status & munera; quidam potentes Domini sunt, alij Gubernatores, alij Iudices, nonnulli Scabini, quidam Mercatores, alij in Prælaturæ, vel Sacerdotij gradu sunt, multi Religionis aut Matrimonij statum sequuntur. Omnes hi ordines & dignitates, præter mandata Christianis omnibus proposita, alijs maioribus obligationib⁹, tam iure diuino, quàm humanis legibus & cōstitutionibus constri-

cti sunt, quarum notitiam habere, & mentem executioni mandare tenentur. Huic alia quædam coniuncta est, quòd videlicet parentes & præceptores filijs, seruisq; suis doctrinam Christianam non instillent, nec operam dent, vt sacrum audiant, ieiunijs & orationibus vacent, quod pernitiosos ipsis ludos, nocturnos discursus non prohibeant; pessimam & inanem iuuandi consuetudinem, & ab Ecclesia diebus prohibitis lacticiniorũ vsum non interdicant; quòd peccãdi occasiones non tollant: Et qui seruos habent, quòd homines cum fœminis, filios adultos cum ancillis, spõsas cum sponsis, cognatos cum cognatis; quòd filios suos tempestiuè matrimonio non tradant, aut cõtra voluntatem nuptui collocent; seruorum suorum præter omnem iuris diuini æquitatẽ nuptias impediant, aut fideliter suoq; tẽpore illis & operarijs suis satisfaciant, nec promissa seruent.

His defectibus sæpè mortale peccatum incurritur, quorum tamen nulla ratio habetur. Istam peccati speciem similiter iuramenta induunt, cùm per animam, regni cœlestis partem, parentes, & filios, ita me adiuuet Deus, vel saluet, iuratur. Imprecationes etiã aut ma-

maledictiones sine voluntate implendi iuramentum nonnunquam cum rei dubiæ affirmatione pro vera, interdū absque veritatis vel falsitatis examine iurare, quod multi bonitatis nomen sibi vendicantes haud perpendunt: & tamen hoc est falsum iuramentum dicere, quod ex natura sua mortale peccatum est. Multi etiam iurant, se bonum aliquod opus in euidentem proximi sui vtilitatem facturos, certa officia fideliter administraturos, & illius leges non transgressuros, secretum ipsis cōmunicatum seruaturos, nec in eiusmodi statu munera, nec maiora stipendia, quàm constituta sint, recepturos; & quando contrarium egerunt, nec se mortaliter peccasse, & periurij reos esse animaduertunt, nec etiam de illis confitentur.

Ex altera peccatorum specie, quorū malitia occulta est, hæc sequentia sunt, ex adulatione Principes, Prælatos, & magni nominis viros laudare, illorum mala opera extollere, & superbiæ ac voluptatum adinuentiones excusare; amicos suos commendare, illis dignitates, officia secularia vel ecclesiastica procurando, quibus indigni sunt, quia conditionibus à iure vel ciuili, vel ec-

cleſiaſtico requiſitis carent: aurum vel æquiualens ad certi officij adminiſtrationem concedendam, quod gratuitò conferri deberet, vel ob beneficium præſtitum, ad quod faciendum quis de iure & ratione muneris ſui tenebatur accepiſſe: opera caritatis & miſericordiæ tam ſpiritualia quàm corporalia, in ijs prætermittere, quibus lege diuina obligamur. In luſibus & vanitatibus, cibis, alijſque rebus ſuperfluis bona expendere, quæ Deus ad opera caritatis facienda dedit; aliorum peccata cùm commodè fieri poteſt, reprehendendo, aut Superioribus manifeſtando non impedire, vel ſanè bonam illis inſtructionem, conſilium, aut eleemoſynam non impartire, præſertim cùm Principes aut Domini ſunt; Magiſtratum vel Prælaturam aliquam gerunt, qui non ſolùm ratione caritatis, ſed etiam iuſtitiæ ad vitia ſubditorum ſuorum corrigenda, reprehendenda & punienda, vel etiam quantum in ipſis eſt impedienda obligati ſunt.

Ad hoc peccatorum genus (quorum malitia licèt magna ſit à paucis cognoſcitur) multæ iniquitates referuntur, quæ fiunt, quando debita tempore conſtituto non perſoluuntur, vel con-

tra creditorum voluntatem iniustè retinẽtur; quando secretę confœderationes vel monopolia instituuntur, cum emptoribus in damnum vendentium, vel cum vendentibus in emptorum detrimentũ conspirando; aut cũ in bonorum publicorum distributione aliquis à contributionibus & oneribus, ob fauorem & amicitiam eximitur, vnus grauatur, alter subleuatur; aut cùm res aliqua à pueris vel alijs emitur, vel lusu acquiritur, qui nullam vendendi vel alienandi potestatem habent; cùm fideliter & quàm primùm fieri potest, testamenta executioni non traduntur; bona pupillorum & minorennium commissa malè expenduntur; iniustæ causæ sustinentur, & in dubijs non laboratur, vt æquitas causæ cognoscatur, bona cum intentione non inquiritur, qui veram iustitiam manifestet, ne alijs molestus sit.

CAPVT VII.

De quibusdam diuersarum superstitionum peccatis, quæ sæpè non cognoscuntur, & ex ignorantia culpabili non manifestantur.

IN grauioribus peccatis, quorum malitia parũ hominibus cognita est, diuersi

uersi superstitionum modi numerari possunt: vti est quibusdam superfluis rationibus præterita, furta videlicet vel alia crimina aut scelera occulta, vel cogitationes cordium scrutari, futura quæ nullo modo naturalia sunt, sed à libero hominum arbitrio dependent; vel fortuitos rerũ euẽtus, ad quos quædam liberæ hominum actiones necessariæ sunt, id est, matrimonia, bonorum acquisitio vel iactura, aduentus alicuius vel discessus, fortunæ vel aduersitatis progressus, quòd aliquis ad talem locum iturus trucidabitur, vel lapide obruetur, nauigando tale flumẽ submergetur, & similia multa indagare, quæ solùm Deus cognoscere potest, vbi homo per signa cœlestia, lineas, vel dispositionem manuum, somnia, sortes, auium cantus, corporis humani motus vel huiusmodi modos scire desiderat; sanitatis integritatem, vel contra aliquod vulnus medicinam, quorundam tantùm verborum prolatione, aut signorum talium efformatione, vel alicuius sepulturæ, aut similium rerum apud se conseruatione expectare, quæ nullam ad hoc virtutem naturalem habent, neque in hunc finem à Deo ordinatæ sunt: Similiter benedictis

Deut. c. 18.
Leu. c. 19.
Concil. Trid. Sess 22.
Aug. de doct. Christ. l. 2. c. 21. & 22. & de ciuit. li. 5. vsque ad 6. & c. 10.
Amb. in Exam. li. 4. c. 4.

ctis rebus vti, omnem earum vim circumstantijs aut vanis cærimonijs, quæ nec prosunt, nec obsunt asscribendo; vt ad temporalia bona à Deo obtinēda talia verba vel orationes & non alias in certo numero, & ne quidem maiorì aut minori, tali die, & non alijs, cum tot candelis, tali forma & colore factis, similibusque nullius aut exigui valoris rebus recitare, quibus orationis effectū attribuunt & non deuotioni & spiritui quibus preces fiunt, nec diuinæ prouidentiæ quæ hominum necessitates magis, vti oportet, ad suum honorem, animarumque salutem dirigit. Ad has & similes superstitiones, multi ex ignorantia culpabili perueniunt, arbitrantes culpam aut nullam, aut leuem esse, quæ tamen valdè grauis est, & seuerè à sacra Scriptura sanctisque Patribus reprehenditur. Imò à sacris etiam canonibus damnatur, tanquam id vbi clam fœdus cum diabolo initur, & communiter accedit, vt animas circumueniat. *D. Th. 1. p q. 115. a. 3. & 2. 2. q. 95. ar. 5. & 96. ar. 2. & 4.*

Sic S. Papa Sixtus V. omnes vanas has scientias non ita pridem condemnauit, atque maximis pœnis propositis earum vsum his verbis prohibuit: excepta scientia quæ de futuris natu- *Sixtus V. in proprio motu.*

ra-

ralium virtutum affectibus, omnes a-
liæ quæ rerum futurarum, vel forte-
tò, vel per accidens contingẽtium scie-
tiam profitentur falsæ, vanæ, & perni-
tiosis dæmonum tentationibus, qui se
occultè his rebus immiscent, subiectæ
sunt. Itaque Astrologi, & Planetarum
inspectores per futilem stellarum ge-
neris & natiuitatis hominum scien-
tiam profitentur, & se de statu & vite-
di modo, quem homo tenebit, & de-
ipsius honore, diuitijs, filijs, sanitate
morte, profectione, inimicitijs, victo-
lis, & alijs euentibus fortuitis, bonis
vel malis, iudicare, & quædam pro cer-
to affirmare posse iactitant; Deum
grauiter offendunt, decipiuntur, alios-
que in errorem adducunt. Similiter o-
mnes alij qui huiusmodi artificijs, se
creta & futura ex signis in manibus, a-
qua, aere, igne, animalibus, sortilegijs
vel alijs similibus iudicijs penetrare
volunt, homines vani, leues, curiosi, a
communione Dei remoti sunt; & quo-
cunque virorum aut mulierum talia
ex ipsis scisciteantur & credunt, votum
in Baptismo emissum violant, & cõtra
Christianam fidem agunt. Addit prae-
terea, quòd non solùm has artes prohi-
beat, mandans, vt ijs vtentes puniã-

tur

tur, quando hominibus non solùm res euenturas esse pollicentur ; sed etiam simpliciter & absque vlla alia certitudine tali modo futuras affirmant. Hæc sunt S. Patris nostri verba , qui supra Prælatis & fidei Inquisitoribus præcipit , vt in tales grauiter animaduertant , defendentes insuper omnes libros, eiusmodi scientiarum tractationem continentes.

CAPVT VIII.

De peccatis quæ lusu committuntur, & de lusibus ac noxijs rebus, quas plurimi ex ignorantia culpabili incidunt.

LVdum cartarum , taxillorum, alearum, & similium rerum, quæ fortunæ tribuuntur , in horum peccatorum ordinem & numerum referre poterimus. Et quidem notandum est, ludum per se,& simpliciter, absque vlla circumstantia consideratum neD. Th. 2. p. q. 168. a. 3. quaquam peccatum esse , ita vt bonis conditionibus affectus in vsum deduci possit , quãdo videlicet aliquis labore & honestis occupationibus fessus, interdum ludum aliquem licitum , ad animum recreandum & statim ad intermissum opus virtutis redeundum assumit ; taliter vt nec malum aliquod

quod exemplum, nec scandalum inde oriatur, nec inordinatus finis spectetur. Hinc fit, vt lusus aliqui, quamuis non vsque adeò mali videantur, nihilominus ita fiant, vt valdè grauia peccata sint, & à multis qui nulla ratione mortaliter delinquere vellent, libere continuentur: & licèt multa noxia crimina perpetrent, imò in quædam mortalia incidant, tamen illa non cognoscunt, nec talia esse arbitrantur.

Verùm ante omnia consideranda est, tempus donum esse pretiosum, Deo liberaliter mortalibus non solùm ad opera virtutis exercenda, sed etiam æterna bona, propter quæ creati sumus promerenda concessum: & tamen homines illud consumere, nec solùm exiguum momentum, sed multas horas, plures dies noctesque huiusmodi vanitatis lusibus contra diuinum beneplacitum applicando perdere: & quod amplius est, quicquid vanis his & improbis rebus insumunt, id totum orationi detrahere, quæ ipsis valdè necessaria est, vt se in seruitio diuino (vti decemus) conseruent. Nunquā enim habet for ad orandum, id est, nec quando libet, nec ante vel post lusum benè dispositus est, quia lusus ipsum penitus ra-

puit,
uit. Plu
tijs tem
Caritas
saluten
ficij co
gat, vr
ctionem
Præ
esse pre
familia
fines h
labore
bus sci
publicu
compa
diceba
ne tuo
nes pe
quoda
rere de
mand
tunæ
iunt)
benè
Doct
pe no
instit
qui b
crant

puit, animum eius inuasit, & occupauit. Pluribus similiter honestis exercitijs tempus hoc suffuratur, ad quæ eum Caritas vel Iustitia, tam ob animæ suę salutem, quam sibi ratione status & officij commissorum perfectionem obligat, vnde cæteri magnam sæpè afflictionem sustinent.

Præterea notandum est, diuinum esse præceptum, pecuniam ad hominis, familiæ ipsius sustentationem, aliosq; fines honestos necessariam, à singulis labore manuum, artibus & liberalibus scientijs vel commercio licito in publicum pariter bonum vergens, comparandam esse, vti Deus Adamo dicebat: *In sudore vultus tui, vescéris pane tuo*. Quod certa ratione ad omnes pettinet, quia quilibet honesto quodam labore sustentationem quærere debet. Qui ergo ludit, hoc Dei mandatum violat, inani & impio fortunæ modo lucrari cupiens, & (vti aiunt) quia solùm ipsi alea vel charta benè succesſit, vel fauit. Hinc fit, vt Doctores lucrum ex lusu veniens turpe nominent, quia inhonesta ratione instituitur. Et sicut Scriptura S. de his qui bona vnde viuant honestè lucrantur ait: *Labores manuum tuarum quia*

Gen. 3.

D. Th. 2. 2 q. 164. a. 2. ad. 3

D. Th 2 2. q. 118. a. 8 ad. 4

Psal. 127.

quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit
ita etiam è contrario de illis, qui me
dijs iniquis facultates suas acquirunt
deque bonis hac ratione acquisitis
loquitur: *Nil proderunt thesauri impie-*
Prov. 10. *tis*. Vbi impietatis thesauri omnes
nominantur, qui per iniustitiam a
que fraudem comparantur: talis est
sus qui solùm ad lucrifaciendas pe
nias instituitur, & huiusmodi pecun
nihil possidenti prodest, sed maxi
nocet. Nam præter damnum quo
nimæ illius qui lucratus est infer
les non solùm in nihilum redige
sed etiam velut nix ante solem d
ent: & peccatum lucrantis pecu
causa erit maioris iacturæ bono
quæ vel in possessione illius qui lu
tus est, aut illius hæredes subsequ
quod reuera afflictio est qua Deus
punit, qui bona medijs illicitis acqu
uerunt.

Aristot. 3. Eth. D. Th 2. 2. q. 12. a. 2. ad 2. Deinde haud cõtrouerti debet, q
hoc (secundùm Philosophorum &
ctorum opinionem) malum &
tum sit, siquidem Deus nullibi
ad bona vel pecunias lucrifacien
instituit; sed diabolica inuentio &
manæ peruersitatis est astutia. Q
propter verendum est, ne in talibus
ma

minibus adimpleatur quod Micheas Propheta dicit: *Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis*: quia illum in fine cum suis bonis tanquam ignis consument. His addas alia quæ malitiam lusus ostendunt Etenim certissimum est eum qui lusui addictus est, frequenter sibi ipsi & alijs horum peccatorum causam esse, quòd videlicet ludant, pecuniasq; expendant, quarum nec domini, nec veri sunt possessores. Nam ad parentes & vxores ipsorum pertinent, vel eas creditoribus, vel familiæ sustentādæ debent, aut fraude vel dolo aliquo, aut iniquis quibusdam contractibus consecuti sunt, cui reuera satisfacere non possunt. Mich. 6.

Lusores etiam multorum inanium & falsorum iuramentorum, discordiarum & cōtentionum origo sunt, quodque ex lusu irati & furiosi effecti vxores, filios, seruos, imò parentes proprios malè tractent: populus scandalizetur, & iustitia in cōtemptum veniat, quia illos non punit: tandem hac ratione impediuntur, ne has pecunias, quas miserè pro seruitute diaboli lusibus exponūt, in obsequium Iesu Christi conferant Et quamuis iuxta SS. Patrum expositionem, diuinum man-

da-

D. Amb. Luc. 12. & hab. c. sicut hi. d. q. 7. Aug. in ep. ad Maced & c. quid dicam 14. q. 4. D. Th. 2 2. q. 32 a. 5. & q. 66. art. 7.

datum sit, vt in magna & communi pauperum necessitate ex superfluis eleemosynæ fiant, id est, de eo quod reliquum est, posteaquam Christiana honestas suo statui satisfecit: & vt extrema necessitate etiam de eo quod ad vitæ sustentationem necessarium est tribuatur: quicquid nimirum pro suam suorumq; curationem ad statum alendam necessarium superest, erogetur: tametsi enim in hoc casu praeceptum de eleemosyna facienda, secundum communem Doctorum sententiã mortali peccato obliget: attamen iusmodi homines pauperes suis pecuniis audent defraudare, & in lusus convertere

Sicut ergò in omnibus his casibus diuinum & naturale ius violant, ita expresse contra ius Ecclesiasticum, & Ciuile faciũt, quòd graui multa posita, cartarum, similesque lusus, quam Reipublicæ permitiosos prohibuit.

His tam manifestis rationibus patet, exercitiũ lusus, quod pluribus egregium malum esse videtur, non solùm valdè pernitiosum, sed etiam radicem esse, ex qua multa peccata prodeunt. Nam hinc spectandarum comœdiarum curio-

curiositas profluit, vbi magna hominum vtriusque sexus multitudo præsens est, multaque turpia exhibentur: vti & Taurorum periculosas venationes aspiciendi, vel tripudia aut choreas visitandi sollicitudo: quæ omnia cum natura sua non sint mortalia, à multis nihili æstimantur, nec cuitantur, quantūuis homines probi haberi velint. Certum tamen est, in his lethalis peccati occasiones reperiri, quæ infirmos frequenter in errorem inducunt. Quamobrem valdè necessarium est, vt omnes, q salutis suæ curam gerunt, Deum precentur, quatenus illis oculos mentis aperiat, ad mortiferum venenum sub mundane voluptatis auro latitans, & multitudinem eorum intuendam, qui cum animarum suarum iactura, tanquam nauibus confractis, in hoc mari submerguntur, quod secularibus hominibus vsque adeò tranquillum esse videtur. Et si quidem in hac illuminatione humiliter petenda perseuerauerint, à Deo illam accipient, & in hac cognitione perfecti magistri euadent. Veruntamen gratiam dictam expectātes ijs, qui illius experientiam habent, fidem adhibere, huiusmodi occasiones diligenter subterfugere, & in

hoc sese mortificare debent, à Deo offensarum omnium, quas in talibus rebus ignoranter fortè admiserunt, veniam postulando, & cum Dauide dicendo: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris*: sed perfectam omnium tribue remissionem. Psal. 24.

CAPVT IX.

De aliis peccatis occultioribus, superbia nimirum, obstinatione, & propria voluntate, quæ multi ignorant, atq; ex ignorantia culpabili Confessario non manifestant.

PEccata hactenus enumerata, quæ ex ignorantia culpabili committuntur, exteriora, sensibilia, & cognitu sunt facilia: sed alia sunt subtiliora, quæ in penetralibus animi latitant, & à plerisq; virtutis amatoribus, Deoque seriò seruire cupientibus petrata sunt, at ob negligentiam suam aduertere nequeunt. Quamuis autem non semper, maiori tamen ex parte mortalia sint, & valdè noxia, imò talia vt omni, qua possibile est diligentia, non secus ac mortalia peccata, sunt fugienda.

Ex horum numero est, certa quædã animi elatio, qua homo se in corde suo magnum, alijsque meliorẽ esse peruersa opinione arbitratur: præsumptio intellectus, qua propriam suam opinionem, & iudicium nimis magni facit, & plus quàm æquum, ac honestũ sit, obstinatè sequitur: propriæ voluntatis superbia, qua valdè irrationabiliter propositum suum diligit, & in omnib. aliorum cõsensum desiderat: præsumptuosa, & nimia virium corporis vel animæ confidentia: leuis operũ, & iudiciorum Dei æstimatio: immoderata alios vincendi cupiditas: peruersa de bonorum illorũ, quæ ad nos nihil pertinent mœstitia: clãdestina honorum & dignitatum ambitio, vel consectatio: in castigatione corporis, ieiunijs, vigilijs, & alijs pœnitẽtijs, propria sua voluntate, inscio patre spirituali, assumendis indiscretio: prauum spiritualitatis desiderium, quo quis externum quippiam appetit, vt ab hominibus videatur, aliquid peregrinum, & singulare desiderat, vt præ alijs conspiciatur, admirationi sit, & pluris fiat.

Hæc sunt occultiora, & magis spiritualia, vel subtiliora peccata, quib. homo frequenter abũdat, & omninò subiacet,

iacet, nec tamen cognoscit, aut confitetur: quia sicut fures ad domum aliquam spoliãdam venientes, primò lumen extinguũt, ne videantur; ita cùm hæc peccata animum ingrediuntur, & violenter ibi dominantur, lumen gratiæ, & rectæ rationis suffocant, atque extinguunt, ne videat, vel quicquam intelligat.

Hanc admonitionem omnes sancti Doctores, & maximè Venerabilis Richardus his verbis inculcat: *Sed quis retustam & inclytam superbiam, quis occultarum radices, atq; subtiles cogitationes, quibus plurimum latenter irrepit, & etiam nescientibus subrepit, nisi Deo susurrante (id est occultè reuelante) cognoscat?* Rationem autem reddẽdo, quare omnia alia peccata tantò manifestiora sint, quò meiorem grauitatem secum trahunt, & fastus tantò amplius se occultet, & tegat, quò maior est, subdit: *Quæ quantùm in mente dilatatur, tantò minus cognoscitur, quia mens per hanc amplius excæcatur. Latet in anima superbia, & hoc ipsa nescit, sed Deus hoc videt, qui occulta conspicit, & propterea gratiam suam subtrahit, vel non concedit.* Hucusque Richardus cum Sanctis omnibus testatur, quædam abdita peccata in penetralibus animæ reperiri, quę ne

ch. de S. A. in Cãt. 7.

quis

quidem homo cognoscit, & inter omnia superbiam maximè latebras & angulos amare.

Nec mirum est, Deum hac formidabili afflictione peccatores visitare, & permittere, vt in peccatum ipsis ignotum labantur: Nam illos hac ratione tractat, qui antea quędam delicta commiserunt, taliaq; esse animaduertunt, nec tamē verè pœnituerūt. Quocirca in huius audaciæ, & impudentiæ pœnam, qua ipsum scienter, atque ex pura malitia grauiter offenderunt; patitur vt hac indignationis suæ sagitta peccatores vulnerentur, quæ vna ex maximis calamitatibus est, quas in hac vita immittere solet, quo scilicet plenis velis, aut animo dissoluto (si ita dicendum est) in peccata corruant, quæ ob negligentiam talia esse ignorant, ibique absque vlla pœnitentia iaceant, donec in illis sępè moriantur. Ita Sanctus Gregorius inquit: *Expœna culpæ est, videre bonum, quod agere debeat, & tamen implere non posse: & rursum, ex grauiori pœna culpæ est, quòd agere debeat, nec videre.* Lib. 14 moral. c. 15.

Multa in sacris litteris huiusmodi latentium peccatorum exempla sunt, quæ ex ignorantia fiunt, & tamen à Deo peccatori imputantur, ac horrēdè

admodum puniuntur: è quibus duo præcipua tantùm ad huius rei veritatem demonstrandã proponemus. Iussit Deus Saul Regem ad terram Amalecitarum proficiſci, vt illos euerteret, dixitq́; ne vlli homini, aut bestiæ parceret, eò quòd nullam misericordiam cum Israeliticis de Aegypto descendentibus, sed omnem crudelitatem exercuissent. Accingit se itineri, homines &animalia, prout in mandatis acceperat, internecioni tradidit, sed Regi Agag vitam concessit, aliquamque meliorum animalium bello acquisitorum partem conseruauit. Non putãs, se hac in parte peccare: quod enim ad Regem attinet, illi sub specie humanitatis misericordiam fecerat; quantum verò ad greges, illos externo religionis praetextu reseruârat, vt Deo sacrificaret. Cum autem Samuel Propheta ipsum de diuini præcepti transgressione redargueret, respondebat se obseruasse, & perfeciſſe quæcunque ei Deus mandauerat. Et quamuis malè egisset, quia sui muneris non erat Dei præcepta iuxta suum beneplacitum exponere, nec ob humanitates, vel religionem aut obsequium Dei contra illius sermonem quicquam agere: tamen non puta-

Reg. 15.

putabat, se hac in re Deum offendisse, sed benè fecisse: & quod non arbitrabatur, esse peccatum, hoc illi Deus meritò, vt graue crimen imputauit, eumque regno priuando, respuendo, & turpiter mori permittendo, seuerè puniuit.

Ira Dei permisit, vt Dauid numerādi populi, & lustrandorum sui regni bellatorum voluntatem conciperet; quod executioni mandauit: sed peccatum illud maximum, tam ipsi, quàm toti populo noxium valdè fuit; tum quia hunc numerum inire opus non erat; tum verò, quòd species quædam superbiæ, & arrogantiæ esset, vti à S. Gregorio vberius explicatur. Contra legem erat, quæ iubebat, vt cum populus ingruente aliqua necessitate recēseretur, quilibet certam elleemosynam in obsequium tabernaculi offerret: At quamuis hoc facinus tam graue foret, & tot rationibus legi diuinæ repugnaret, nihilominus Dauid non putabat, se tam grauiter deliquisse, donec afflictionem vidit dira peste populum consumere, vt iam tum septem millia hominum mortua essent, cùm peccatum suum, illius grauitate considerata, agnosceret, diceretque: Peccaui valdè

2. Reg. 24.

Exod. 30.

valdè in hoc facto, quia stultè egi nimis. Is ciusmodi autem peccatum lapsus est, quia præsumptioni cuidam radicem animo suo agere permisit, cùm se contra hostes suos tam potentem & gloriosum esse cerneret: & ob hanc culpam & populi peccata, Deus illum ciusmodi ignorantiam, & cœcitatem labi passus est, vt sceleris, quod operabatur, magnitudinem non agnosceret.

Sicut ergò Saul & Dauid ista scelera, grauitatem illorum ignorantes perpetrârunt: ita multi ex ignorantia culpabili, vti diximus, in satis grauia incidunt, & quidam nunquam vsque cum Saule animaduertunt, & confitentur, sed in eis moriuntur, & pereunt: nonnulli cum Dauide in eorum cognitionem veniunt, & tandem pœnitentiam agunt. Vt igitur nos à tanta cœcitate præseruemur, vel si ceciderimus, inde possimus resurgere; amplectamur subitò remedia, quibus vti debemus.

Ca-

CAPVT X.

De remedio valdè vtili contra occultorum peccatorum vulnus, quod est quotidie conscientiam examinare, & de modo examinis.

POstquam ostẽdimus, quam graue delictum sit, conscientiam ante Sacramentum confessionis negligenter examinare, quantumque ex hac negligentia mali proueniat, dũ videlicet culpæ homini ignotæ reatus incurritur: necesse est quædam media demonstrare, quibus hæc indiligentia vincatur, & detrimentum auertatur.

Primum est, vt homo in se cogitationem reflectere non grauetur, ad omnes animæ angulos perscrutandos: & à Deo lumen ad sui ipsius cognitionem postulando. Hic aliquantulum moretur, motus & appetitus animi cum operibus inde procedentibus obseruet. Et quia molestum est, & difficilè, studiosè & attentè interiora animę, & exteriora corporis tacitè considerare; necesse est, vt hunc laborem suscipere, istasq; difficultates euincere firmiter statuat. Verùm vt consuetudine

hæc benè & promptè facere addiscat, nequaquam illi satis esse debet, quod iam ad confessionem iturus semel se examinet, sed quotidie antequā cubitum concedat, locum priuatum petere, ibiq; coram imagine rationem eorum, quę toto diei decursu cogitauit, loquutus est, & fecit, diligenter ab anima sua exigere debet, omnem noxā à se commissam pœnitentiæ lacrymis abluendo. Ita B. Iob agebat, sicuti declarat, dicens: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.* Ac si dicere voluisset: vt tuum iudicium, atq; punitionem præuerterem, omnibus diebus me dijudicaui, & afflixi: quia S. Vir nō potuisset opera sua benè examinare, nisi id sæpiùs præstitisset.

Iob 9.

Et licet Dauid regia dignitate insignitus, gubernando regno distentus, magnisq; negotijs impeditus esset; nihilominus tamen, sui hac in parte memoriam non deposuit, sed singulis noctibus secedebat, vt hoc scrutinium exerceret, & quicquid contra Dei voluntatem admiserat, defleret, prout indicat, dicens: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Et alibi ait: *Et meditatus sum nocte cum corde*

Psal. 6.

Psal. 76.

meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Huiusmodi autem conscientiæ lustratio, ceu examen in quatuor partes distribuitur.

In primo gratiæ Deo ob beneficia collata persoluuntur, quod nimirum nos ex nihilo ad imaginem & gloriam suam creârit, conseruârit, è seruitute in libertatem vindicârit, & Christianos fecerit: patienter tolerauerit, & ad pœnitentiam expectârit: & præcipuè, quòd hoc die nobis vitam concesserit, vires, auxilium, sanctasque inspirationes ad benè operandum immiserit, à multis peccatis, & aduersitatibus eripuerit, in quas ob humanam infirmitatem, & inimicorum nostrorum fraudes incidissemus.

In secundo gratiã poscimus ad peccata nostra cognoscenda, quæ illo die, vel toto vitæ nostrę tempore commisimus, non tamen confessi sumus, aut ex obliuione, & ignorantia lachrymis pœnitentiæ abluimus. Fatemur nimia nos ignorantia & cæcitate laborare, vt benè nos ipsos cognoscamus: & quod donũ hoc ab infinita Dei misericordia per Iesu Christi merita descendere debeat, quę humiliter imploramꝰ, vt peccata nostra intueamur, & defleamus.

In tertio per omnia opera, verba & cogitationes illius diei discurrēdum, & diligenter circumspiciendum est, an aliquid mali fecerimus, vel bonum opus, ad quod obligati sumus, omiserimus, & num opera bona malè executi fuerimus, id est, si vindictæ desiderio aliquem reprehendimus, vel puniuimus, vel iracundè pauperibus aliquid denegauimus, aut orationes sine attentione persoluimus. Verba ipsa studiosè consideranda sunt, num quis absq; necessitate iurauerit, vel obmurmurauerit, mentitus fuerit, otiosas aut iracundiæ plenas voces effutiuerit. Quòd ad cogitationes attinet, dispiciendum est, vtrum quis superbiæ, iracundiæ, auaritiæ, & propter aliorum bona tristitiæ cogitationes senserit, de rebus suis inanem lætitiam concepcerit, laudem vel honorem mundanum ambiuerit: Inuestigandum an his aliisque cogitationibus malis subito repulsam dederimus; & quia voluntati diuinæ aduersantur, auxilium à Deo cum carum detestatione imploran-

dum.

In quarto de omnibus peccatis toto illo die commissis, siue illa magna, siue parua sint, conteri, toto corde do-

leo.

fere, culpam, vt Dei offensa est, diligenter expendere; & interius magna cum indignatione dicere oportet, Vtinam hoc non feciſſem! Et quamuis homo ſæpius idem peccatum reiteraſſet, non tamē propterea deſperare, aut vltra modum contriſtari debet; ſed ſeipſum humiliet, & à Deo, qui peccatores ad ſe redeuntes ſuſcipit, per merita paſſionis ipſius, benigno animo, & firma conſequendæ miſericordiæ fiducia, veniam poſtulet. Quòd ſi offendat, ſe illo die grauius aliquod delictum admiſiſſe, oportet vt tanquā ſuiipſius iudex, aliquam ſatisfactionem, vel pœnam ſibi iniungat; qualis eſt ieiunare, aliquid de quotidiano victu ſibi ſubtrahere, eleemoſynam facere, ter Symbolum Fidei, vel Salue Regina, in honorem S. Trinitatis, vel trium horarum, quibus Dominus in cruce pependit, extenſis brachijs recitare, aut quinquies terram in quinque vulnerum Domini venerationem deoſculari.

In quinto examine, firmiter apud animum ſuum homo proponere debet, ſe peccata ſua correcturum, nec illa ſ mundi bono amplius commiſſurum: & quamuis millies in eadem incide-

ret, toties tamen emendationem pro-
ponet. Verùm cum illa deserere, &
linquere statuit, haud proprijs viri
inniti debet, vt hoc propositum ef-
quatur, sed omnem suam spem in au-
xiliũ Dei conijciet, quod per passio
merita ab illo cõsequetur. In fine ora-
tionem Dominicam ad Deum dirigat
misericordiam, & ad vitam corrigen-
dam auxilium postulando: Deinde Sa-
lutationem Angelicam ad B.V. Mari
adijciet, rogando illam, vt in omnib.
rebus sua aduocata esse dignetur.

Hoc est, quotidianum examẽ, quo
hominib. (cùm hac ratione illud ex
studeant, nec vnquam quouis etiam
gotio occurrente intermittunt) ad
vtilè est, etiamsi per quadrantem
tùm horæ duraret, vt difficulter
cari queat. Per hoc ignorantia cau
bilis pellitur, & sibi homo ab occ
vitijs inde pullulantibus cauet; qua
studet, vt in veritatis cognitionẽ pe
ueniat, Deusque illam ipsi manifes
A spirituali etiam infirmitate, cæc
te, & maculis, quę peccata commis
anima sua reliquerant, liberatur, &
Deo nouum robur, lumen & anim
corem accipit, atq; in seruitio diuin
quotidie proficit.

Hin

Hac inquisitione & examine, præcepta, & admonitiones, quas Dominus noster nobis in Euangelio tã frequenter & apertè inculcat, executioni mandantur: *Vigilate & orate, quia nescitis diẽ, neque horam, qua Dominus vester venturus sit. Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.* Hac conscientiæ indagine, sibi ipsi homo intendit, à præteritorum scelerum periculo atq; obligatione liber euadit, & de futuris sibi prospicit: conscientiam suam ad moriendum disponit, etiamsi illa nocte viueret, vti reuera possibile est, & contingere potest, vt quis morte subitanea extinguatur, vnde qui vitæ suæ rationes non examinasset, ad pœnas æternas ire; qui autem debito modo conscientiam cum peccatorum dolore discussisset, saluari posset. Ad hanc inquisitionem doctrina & Sanctorum omnium exempla nos inuitant, incitantque, singulariter autem S. Basilius his verbis: *Quæ singulis diebus feceris opera, ea vesperi tecum ipse commemora, & cum iis, quæ feceris pridie, confer to: studioseque operam dato, vt melior indies magis ac magis existas. Processum in virtutibus facito, vt hoc modo Angelis efficiare propinquior.*

Matth. 24. & 25. Luc. 12.

De abdicat. vel renunc. seculi.

CAPVT XI.

De alio singulari remedio ad occulta peccata eliminanda, & confessiones maiori fructu instituendas, quod est certum habere Confessarium, cui ordinariè confiteamur.

ALiud medium est quo adiuti sus peccata, remedij loco vtitur: docti videlicet, & bonae scientiæ Confessarij, aut Patris spi tualis assumptio, cui ordinarie & pius peccata confiteatur, & in dubijs consilia sua communicet. Q propter nunquam Confessarius a necessitate mutandus esset, sed cert stabilis, & electus retinendus, cui fi conscientiam prorsus manifestet, nium suarum actionum, non solu peccatorum sibi cognitorum, sed rum etiam, de quibus dubitat, ratio nem reddat, nec tantùm vitia, vel & omnia sua bona opera, pœnite tias, & suiipsius mortificationes patefaciat, vt in omnibus rebus id dirigatur, vbi maior Dei gloria peritur.

omnis viri q; sexus.

Quòd si Confessario nihil aliud quam peccatorum remissio incumbe

ret, nequaquam tam inconueniens esset alternis diebus, aut vicibus confiteri: At quia parentis, præceptoris, medici officium & vices subire debet; decet vt pœnitentem id omne doceat, quod in illius animæ salutem vergit, radices & causas peccatorum cum motibus & peruersis affectionum inclinationibus cognoscat, vt vulneribus remedium oportunum applicet, pristinamque sanitatem restituat. Oportet etiam, vt confitentium bonos mores, & propensiones sciat, eos ad virtutem promoueat, pœnitentias, & corporis afflictiones calleat, quo moderationis regulam hac in parte seruandam ipsis ostendat: media insuper præscribat, quibus pœnitens in seruitio Dei contineatur, ac proficiat, statimque executioni mandet. *Guliel. Parisi. de Pœnit.*

Vt ergò Confessarius hisce muneris sui partibus optimè satisfaciat; necesse est, vt pœnitentis perfectam ac plenam cognitionem, atque experientiam habeat, vno die hoc, altero verò isto medicamento, quam diu opus erit, vtatur: inuestigando num suis cõsilijs & remedijs aliquid proficiat; quæ omnia benè fieri nequeunt, nisi pœnitens ordinarium Confessarium semper

per accedat. Cùm aliquis discipul
tem aliquam à docto quodam, h
perto magistro discit, magni inter
illum ab vno instrui: Nam si vno
vnum, sequenti verò alterum acce
quicquid ab vno scientiæ hausit, q
alterum amittit. Et cum ægrotus v
Medici docti & experti opera ad gra
suam infirmitatem curandam vti
magni refert eundem medicum in
tiente suo curando perseuerare: qu
si vno die ab vno, altero autem ab
curetur, sanitatem impedit, & sæp
cidit, vt ab vno tantũ retardetur, q
tum ab alio promoueatur. Idem in
te benè viuendi, & sanãdorum an
rum scientia contingit. Quapro
plurimi etiam refert hominem
doctum, & discretum Confessari
dinariè habere, & retinere, vt cõ
animam instruat. S. Bonauentura
ipsum his verbis declarat: *Confes*

We purit. Consc.

eligas compassiuum, probatum in tem
nibus, & in via continentiæ se exercen
cui sæpè confitearis, & aperiat omnes
ctus clarè & lucidè, & stimulos, quibus
lestaris. Sit ille discretus, charitatiuus, be
lis, & intelligens, sic quod possis ad ipsum
fidenter recurrere, & sciat tibi remedium
hibere. Quod ad piorum operum, com-

poris

poris afflictionũ, & omnis generis visitationum, diuinarumq; consolationum, manifestationem tali ordinario Cõfessori faciendam attinet; S. Dorotheus, S. Moyses Abbas, alijque Sancti tãquam de re magni ponderis nos admonent, quò anima sine errore proficiat, & Dæmonis fraudes atque imposturas fugiat. *Serm. 20. Cassi. coll. 2. c. 10.*

Loquor autem de Confessario ordinario; quia legitimæ causæ occurrere possunt, ob quas pœnitens alteri confiteri, vel prorsus quem habebat mutare, aliumque accipere deberet, cui ordinariè conscientiam suam patefaceret. Et siquidem non ex leuitate, sed necessitate, vel rationabili aliqua causa fiat, haud reprehendi potest; maximè si talis est, quia ordinarius Confessor absens sit, vel haberi non possit: tunc enim non solùm benè factũ esset, alium accedere, verum etiam omittendo grauiter peccaret. Imò si in ordinarij & cogniti Confessoris absentia, cõsuetam quis confessionem intermitteret, & à solita frequentia confitendi resiliret, malum indicium esset: Nam hac ratione significaret, se in confessione sua propriæ sensualitatis affectum, non autem Dei voluntatem; &

magis

magis temporalem consolationem, quàm veram animæ suæ salutem quæ-rere: si quidem absente ordinario Con-fessore, alterius opera facilè vti pos-set.

Quicunque igitur desiderat, & sedu-animæ suæ salutem per vnius Confes-soris ordinarij scientia præditi, & pi frequentationem quærit, omnia in-commoda subterfugit, quæ ab ignoran-rantia culpabili descendere dirimas omnesque errores in rebus ad salutem suam pertinentibus declinat. Nam sicut Confessarius Domini nostri Iesu Christi locum tenet, & fidelis anima ipsum accedit, non secus, ac si ad pe-des ipsius Iesu Christi se abijceret: ita etiam & ad bonitatem suprem Do-mini, & ad promissionum suarum fi-delitatem spectat, eiusmodi animam instruere, & in rebus ad salutem ne-cessarijs illuminare; quandoquidem illum per media quærit, quæ in Ec-clesia instituit, tamque humilis, ac fa-nè disposita in conspectum ipsius ve-nit: quod Dominus Deus ad omnium hominum consolationem, & securita-tem, miris exemplis confirmauit.

Exod. 8. Magna ignorantia Moyses labora-bat, cùm solus populi difficultates ef-iudi-

iudicare vellet, sicut hoc præstare non poterat, ita multos sine auxilio dimittebat: Verùm Deus sacerdotem in terra illa, nomine Iethro excitauit, per quem bonum illi consilium impartiuit. Dauid etiam sibi licitum arbitrabatur Domino templum ædificare, & illius voluntatem esse putabat: sed meliorem ei mētem per Nathan Prophetam suggessit. His exemplis ostendit Deus, se Christianos ea, quæ ad salutem animarum necessaria vtiliaque sunt, libenter docere, & ab ignorantia & errore per Sacerdotes Seruosq; suos, maximè verò per Cōfessariū ordinarium, & pœnitentiæ Sacramentū vindicare. Nam licet Moyses Deo tam familiaris esset, vt ei (sicut S. Scriptura refert) facie ad faciem, id est, per excellentissimam contemplationem loqueretur; Et quamuis Dauid tam fideliter seruiuisset, vt alta ei mysteria reuelaret: nihilominus multa illos aliorum adminiculo discere voluit, quo humilitatem exercerent, dum alios sequi debebant, qui in alijs inferiores essent.

1. Reg. 7.

Exod. 33.

Adhæc aliud considerandum est, (quo Deus homini mediante Confessore veritatem patefaciat, & verum salutis

lutis iter ostendat) valdè scilicet ne
cessarium esse, ad confessionem cum
intentione & fine, prout oportet, ac
dere, vt veritas nimirum cognoscatur
quæque ad salutem animæ magnæ
cessaria sunt, intelligãtur, etiamsi ab
lesta, & difficilia sint. Deinde orandus
est Deus, vt Cõfessario suggerat, quæ
quid ei dicturus est: Nam si quis illum
accedat cum desiderio intelligendi
lùm, quæ grata sunt: & quia veritas
illi manifestaret, si voluntati ipsius
sponderet, eãdem verò reticeret, &
uersaretur; in huiusmodi casu segre
prauæ intentionis punitionem
tingit, Deum Confessario non per
tere, vt illi veritatem, vel quod ex
diens est, manifestet, sed potiùs co
rium dicat. Ita per Ezechielem Prop
tam comminatus est, dicens: *Homo*
lienatus fuerit à me, & venerit ad Pro
Cap. 14. *tam, vt interroget per eum me: ego Dom*
respondebo ei per me. Et cùm errauer
Dominus decepi Prophetam illum: tetu
quitatem interrogantis, sic iniquitas Pro
1. Reg. 22. *tæ erit.* Hoc Regi Achab multòs
contigit, qui vt ex operibus mani
stum est, decepti fuerunt, quia cæ
lia in reb. salutem animarum
concernentibus, mala cum

ne quæsiuerant. Quapropter valdè necessarium est, vt qui à Deo illuminari, & auxilio Confessarij verum salutis iter seriò ingredi cupit; illum cum syncero, & deliberato proposito, magnoque desiderio accedat, qui ea, quæ diuinæ voluntati magis placeant, & animæ suæ necessaria atque vtilia, dicat, ostendat & præscribat, etiamsi sensualitati propriæ repugnarent, & ad perficiendum difficilia ac molesta essent.

Tali modo Deus omnem ipsi veritatem demonstrabit, & per gratiã atq; auxilium diuinum leuia atque facilia reddet ea; quæ difficilia & molesta videbantur. De hac Dei benignitate erga illos, qui tam bonam intentionem, ac propositum habeat, sancti tam certi fuerunt, vt Venerabilis Richardus de Sancto Victore confidenter dicere audeat: *Dæmones reuelationes in aliquibus operantur, quas curiosi & simplices mirantur, & venerantur. Bonorum recta & sana est intelligentia, &c. rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit; ues ab inimico decipi, qui sue-* In Can. 6. 39.

ſuggeſtiones eius detegit. Quod Richa-
dus ait, id generaliter à bonitate di-
na expectari poteſt, & in ijs, quæ
obedientia iniunguntur, manifeſta
cuadit: Nam ſi alia ratione licita, ne
mala ſunt, quamuis Superior illa præ
cipiens ex ignorantia, vel malitia
rare poſſit; nihilominus inferior
in parte obtemperans errare non
teſt, dum id, quod præceptum eſt,
cutioni mandat, quia voluntati
næ ſatisfacit.

CAPVT XII.

*De alio notabili medio, ad occultorum
catorum detrimentum euitandum, &
teritarum confeßionum defectum
dandos, id eſt, generali confeſ-
ſione diligenter fa-
cienda.*

PRæter dicta media aliud
excellens eſt, quo ſe Dei fam
ab occultis peccatis ex ignora
tia culpabili prouenientibus, mul
alijs incommodis ſuprà comme
ratis, liberare poteſt: omnium vide
cet peccatorum à tempore, quo qu
peccare potuit, admiſſorũ generaliem
con-

confessionem instituere. Ad hanc verò faciendam, hebdomada aliqua eligenda esset, ad conscientiam omnibus alijs impedimentis, & curis postpositis examinandam, omnia præcepta Dei percurrenda, totiusque anteactæ vitæ scelera, quorum recordari poterit, studiosè recogitanda, & demum confitenda: quòd ei auxilio & industria Confessarij ad hoc delecti valdè facile & iucundum erit, ac breui temporis spatio præstare poterit, etiamsi plures anni recolendi forent.

Quòd si quis in præcedentib. confessionibus, peccatum aliquod mortiferum ex verecundia, aut inani timore reticuit, vel quia conscientiam suam, vt confiteretur, examinare noluit, vel confessionem absque emendationis proposito fecit, tunc omninò necessarium est, & à Deo præceptum, vt generali quadam confessione facta, omnia peccata antè confessa, id est, tam ea, quæ in confessione imperfecta, & mala recensuit, quàm vniuersa alia, quæ postea confessus est, denuò Confessario suo manifestet: Verùm si benè præterita delicta detexit, certum & euidens est, illum nec ad generalem confessionem instituendam, nec ad

repetendum aliquod peccatum, sed
benè declaratum teneri. Et quam
nec ad id faciendum quisquam ob
gatus, nec vllo præcepto ligatus
tamen diuinum & salutare consili
est, & admirabilis meriti opus, ob
uersas rationes in lege diuina, &
rientia fundatas, vti breuiter en
sabimus.

Inter alia, quæ homini ad humil
tem conducunt, præcipuum est
sius, propriæ infirmitatis, ignora
& maximè suorũ peccatorum cog
tio. Quamobrem Sanctus Augus
humilitatem suiipsius cognitio
pellat: quia ex hac tanquam ex ra
pullulat. Et S. Bernardus inquit, hu
litatem suijpsius tanquam rei ab
contemptum esse, à vera sui cogn
ne ortum. Quando igitur homo
nerali confessione omnia sua cri
recolit, & intuetur, maiori cum a
tione, & distinctius omnes suas
mitates, ignorantias, impietates
ideoque humilior fit, seipsum vti
rebatur, deprimit, & tanquam am
ma contemnit.

Tract. 25. in Ioan.

Trac. de gra. humilit.

Adhæc omnem suam ignoran
& malitiã homini tali, qualis ipse
patefacit, in omnibus se reum facit, re
per

prehendi, puniri, & pro meritis pœnitentiam subire cupit. Et sicut hæc opera sunt, quibus homo seipsum vincit, despicit, & tanquam rem abiectam tractat: ita fit, vt in ipsius corde humilitas incrementum accipiat, propter quã Deus altissimus, ad humiles etiam exaudiendos, eisq; gratiam, lumen & cõsolationem tribuendam inclinatur: huius humilitatem considerans, noua ipsi & ampla gratiæ dona concedit, quibus animam suam adornat, nouosque diuinæ claritatis radios ad animam transmittit, vt grauia ei peccata manifestet, quæ vel ex ignorantia aut temeritate omiserat.

Insuper inter ea, quæ hominem ad huius vitæ molestias, morbos, miserias, injurias, persecutiones, & Dæmonum tentationes patienter tolerandas impellunt, vnum est, cognitio & consideratio suppliciorum, quæ propter admissa scelera commeruit Cùm enim leuia solùm peccata examinat, & confitetur, quæ ab vltima sua confessione patrauit, nec aliàs commissa expendit, considerat que; non tam libenter afflictionem, vel iniuriam tolerat, in rebus minimis conqueritur, & contristatur: at cùm generaliter confi-

cetur, & conſcientiam ſuam perſc
catur, animaduertit ſe tanquam ab
ſum iniquitatum factum eſſe, animi
que ſuam velut apoſthema conſidera
vnde tot peccatorum ſordes eguſ
ſunt; tunc punitionis, quam merui
magnitudinem ventilat, & pœnam i
ferni, etiamnum nimis exiguam a
catur, ad ſua peccata in Deum adm
ſa iuſtè punienda; atque ita ex ani
ſe ad omnia ſupplicia, & huius mu
aduerſitates patienter tolerandas
fert, nec de vllo occurrente malo
queri audet, eò quòd reſpectu de
xiti ſui exiguum eſſe videat. San
Gregorius Papa, qui ſanctitatis ſpe
lum fuit, abſque vlla culpa iniu
Mauritij Imperatoris perſecutione
& contumeliam ſuſtinuit; at cùm
Vir perpendebat, quàm grauiter D
minus ac debebat ſincerè & perf
illi ſeruiendo, offendiſſet; tanta
patientia iniurias iſtas ferebat, v
ipſum Imperatorem ſcriberet: *Q*

Lib. 4. c. 31. ad Max. Imper.

quia eundem omnipotentem Dominum,
tò vobis amplius placatis, quantò me in
lè ſeruientem diſtrictius affligitis. Q
ſi adeò leuium peccatorum cogni
cauſa erat, cur Sanctus iſte ſibi peri
deret, ſe ob illa quaſuis tribulation

meruisse, ad easque æquo animo perferendas excitaret; quantò plus tot & tam grauium peccatorum consideratio diuino lumini coniuncta efficiet, quo Deus hominem illustrat, & homo generalem confessionem instituendo cognoscet, se omnes afflictiones promeruisse, quas illi Deus in hoc mundo immittit, easque se patienter ferre debere.

Præterea cùm Christianus homo particularia beneficia & misericordias à Deo acceptas, diligenter consideret, valdè ad amorem illius, & gratiarum actionem incitatur: quod in generali confessione accidit, cùm quis sua peccata attentè recolendo, & se de illis accusando, magna misericordiæ beneficia à Deo accepta ponderat, & notat, qui calamitates ab ipso varias auertit, tot eum damnationis æternæ periculis liberauit, maxima cum patientia iniurias diuinæ suæ maiestati illatas tulit, & tam benignè tot peccatis indulsit; qui licet absque vlla intermissione tam diu, tam audacter & imprudenter in offendendo numine perseueraret; nihilominus misericordissimè incomparabilia beneficia contulit, eodem tempore, quo illum exa-

cerbabat, suisque scelerib. contemn-
bat, idem Dominus ipsum conser-
uit, benè per creaturas suas tractau-
sanctis inspirationibus visitauit, & pe-
tri æterno merita passionis pro ipsius
salute obtulit: qui iustè ipsum millies
ad infernum cum alijs peccatoribus
deturbare poterat, & tamen non pa-
stitit, sed expectauit illum, à Dæmo-
num insidijs defendit, & potenti su-
dextera laqueis peccatorum eripuit
æternæq; damnationis obligatione
relaxauit.

Horũ omnium veritatem generali
cõfessio ante oculos ipsius ponit, cu
totius vitæ suæ peccata reuoluit, & e
ficit, vt se dé illis accuset. Hac cogi-
tione Dei benignissimi amore inflam-
matur, qui ipsum præstolatus est, tan-
taq; cum longanimitate sustinuit, qu
benè accepit, blandimentis delinit
& ad se tanta caritate, ac suauitate pe
traxit, denique omnia ei delicta co
donauit: ita vt reuera Deo laudes,
gratiarum actiones, propter gratiã ob
na sibi ab illo collata persoluere, ac mi
sericordias illius cum Dauide his ver-
bis decantare possit: *Nisi quia Dominus*
adiuuit me: paulò minus habitasset in in-
ferno anima mea. Benedictus Dominus, qui

Psal. 93.

Psal. 123.

non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: propterea in te semper requiescam.

Hoc etiam addẽdum est, quòd dum generalis confessio instituitur, anima maiori cordis compunctione à Deo tangatur, ac lumine illustretur, peccata etiam vberiori cum dolore defleat, & vehementiori contritione de illis satisfaciat, pro quibus in præcedentibus confessionibus non doluerat, nec pœnitentiam, vti oportebat, egerat. Atque ita fit, vt homo hac noua præteritorum peccatorum detestatione, cum nouo emendandæ vitæ proposito planè immutetur, & in seruitio Dei progressum faciat. Supradictæ rationes, & aliæ similes perspicuè ostendunt, quanta beneficia, & vtilitates anima ex generali confessione diligenter, & debito modo facta percipiat: Ipsa etiam experientia tam euidenter demonstrat, vt qui illam fecerunt, fructum quem illa consequuti sunt, omnibus mundi bonis commutare nollent.

Vlterius adhuc perpendendum est, etiamsi generalis confessionis benè

institutæ emolumenta tanta, & tam excellentia sint; tamen in ea excessus fieri posse: quando videlicet quis semel aut sæpius illam vel ordinarium docto Confessario fecit, & nihilominus rursus instituere cupit; non propter veras causas iam declaratas, vt est, maiorem sui humiliationem, aut vitæ cum firmiori proposito renouationem; sed inanem timorem, & scrupulum, quo se nimirum malè confessum esse, & hac ratione tranquillitatem mentis recuperaturum, arbitratur. Quando igitur in tali casu prudens Confessarius videt, illum tantummodo ad generalem confessionem instituendam, solo scrupulo incitari; non expedit facere: Non enim scrupuli, vel vani timoris superandi modus in eius apprehensione, sed in repulsione, & contrariæ opinionis assumptione consistit. Vnde Confessoris hac in parte officium est, discernere, quid scrupulus, & quæ vera causa sit ad confessionem de tota transacta vita faciendam, quidq; pœnitens facere debeat, ostendere. Ex altera verò parte contritus est, fidem Confessario adhibere, & obedientiam præstare, vt hac ratione pacem & tranquillitatem mentis ac-

quirat,

quirat, quam obtinere non poterat, cùm proprium sensum & consilium sequi volebat.

CAPVT XIII.

De peccatis, quæ frequenter communicantes impediunt, quominus superabundantem illius fructum percipiant.

QVemadmodum inter eos, qui sacrosancta fidei Christianę Sacramenta sæpiùs accedunt; quidam reperiuntur in omnibus virtutibus ex frequenti Altaris Sacramenti vsu admirabiliter proficere & progredi: sic etiam inueniuntur alij, qui nec, prout æquum esset, in virtute crescāt, nec fructū vllum faciant, quantumuis sacram Communionis mensam absq; mortalis peccati conscientia frequentent; nec denique eas in se operationes diuinas sentiant, quas experiuntur, qui cum debita præparatione accedunt. Propterea valdè necessarium est, horum incommodorum causas, & contraria remedia ostendere. Duæ communiter in huiusmodi hominibus causæ reperiuntur: vna est remo-

rationis atque exigui progressus, quos ex vsu, id est, nulla ei⁹, quod acturi sunt consideratione præuia, SS. Sacramentum petant, ex ieiuna nimirum cõsuetudine, qua communicare, aliaq; facere solent, quod tantum est, ac si dicerent. Ad Altaris Sacramentum accedere cupio, quia alij idem præstant, & ego iam assuetus sum: taliter me gerere volo, qualiter probi viri faciunt. Altera, quòd homo peccata venialia vltrò committat, quorum nec vindictã sumit, nec emendationem proponit. Quæ cùm à pijs & timoratis hominibus, ex inaduertentia cõmittuntur, neq; quaquam detrimentum illud adferũt, sed ea tantùm, quæ à tepidis, & in obsequio Dei frigidis facilè perpetrantur: qualia magnæ distractiones, vanæ cogitationes, mendacia iocosa, parum ob murmurationes, atque impatientiæ, risus leues, superflua vestimentorum, ciborum, recreationum, & oblectationum solicitudo, & curiositas, nimia locutio, magna suiipsius reputatio, æstimatio vel laudatio, honoris, & humanæ laudis ambitio, rerum nouarum desiderium esse possent.

Cùm hęc & similia peccata venialia scienter patrantur, nec Deus contritione

tione veraq; emendatione placatur; supratactis detrimentis animam afficiunt, & maxima ex parte huius Sanctissimi Sacramenti fructum impediunt. Ratio ex Sanctorum Patrum doctrina est, quia ad hoc Sacramentum magna cum deuotione eundum est, aut saltem id præstandum, quod obligatio hac in parte requirit, priusquam magnis & copiosis beneficijs frui possimus, quæ Deus hac ratione impartiri solet. Sanctissimum enim Eucharistiæ Sacramentum deotè adire, nihil aliud est, quam cum viuo desiderio, & voluntate placēdi Deo accedere, & sese diuino ipsius seruitio, cum spirituali cibi istius fame & appetitu reuera mancipare. At quia hic deuotionis spiritus ex rerum diuinarum meditatione, & conscientiæ puritate in anima producitur, vt SS. Viri testantur, & experientia docet: ita fit, vt homo, qui sine bona dispositione abq; orationibus, & meditationibus proueniente, & venialium peccatorum animam refrigerātium, distractionemq; inducentium depulsione; omnem huius Sacramenti fructū non percipiat. Hæc ratio vt notatu est dignissima, sic à Bonauentura refertur, cum ait: *Com-*

D. Tho. p. 3. q 80. art. 10. & in 4. d. 9. q 1. c. 2. q. 2. & d 12 q. 2 art 1 q 3. Bona in fasc. c. 6.

D. Tho 22. q. 82. art. 3.

e præp ád
ıßam, c. 5.

municaturus proba teipſum ex quanta charitate, & quali feruore accedis: non ſolum enim mortalia vitanda ſunt, ſed etiam venialia peccata, per negligentiam & ocium multiplicata, & etiam per inconſiderationem, at per diſtractionem diſſolutæ & malæ conſuetudines, licet non occidant animam, tamen reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum, & inep:um ad celebrandum, eſſi dicti pulueres, & ſtipulæ venalium, per aſſlatum ſpiritus, & flammam charitatis venitlentur, & conſumantur, exardeſcente igne cordis, & ex conſideratione propriæ vilitatis. Ideò caue, ne nimis tepidus & inordinatus accedas, & inconſideratus, quia indigne ſumis, ſi non accedas reuerenter, circumſpectè, & conſideratè.

Hæc S. Bonauenturæ verba ſunt, quibus cauſas manifeſtat, quæ frequẽter communicantes impediunt, quò minùs fructum & vtilitatem percipiant, quam aliàs acquirerent. Et licet communis & vera opinio ſit, his occaſionibus, quæ mortale peccatum non accedunt, fructum ſanctiſſimi Sacramenti penitus non amitti, verùm etiam gratiæ incrementum acquiri; attamen certum eſt, illos gratiarum & virtutum multitudinem atq; copiam perdere, quam animab. meliori diſpo-

ſitio-

fitione præparatis largiebatur, alijsq; admirãdis operationibus priuari, quas in ijs producere solebat, qui puriores ac magis deuoti comparebant.

CAPVT XIV.

Quomodo anima peccatis venialibus expurganda sit, ad maiorem ex sanctissimi Sacramenti perceptione fructum percipiendum.

EX supradictis colligitur Seruis Dei sępè communicantibus addiscendum esse, quid ad errores huiusce modi corrigendos, & impedimenta remouenda facere debeant. Nõ solùm videlicet peccata mortifera omni studio euitare, sed etiam (quantum in ipsis est) venialia per suiipsius mortificationem diminuere. Ea namque vera ratio est, qua maculæ omnes eluuntur, & peccata leuiora inde pullulantia resecantur. Cum hac puritate mensam Domini accedere potest, vti S. Chrysostomus auctor est, dicens: *Cum timore, & summa puritate ad ipsum accedamus: & quando ipsum videris propositum, dic: Propter hoc corpus non sum ego amplius terra & cinis: non sum amplius captiuus, sed liber: propter hoc spero me accepturum*

pturum cœlos, & omnia bona, quæ in eis sunt, vitam immortalem, Angelorum consortium, cum Christo consuetudinẽ. Hęc Chrysostomus. At S. Gregorius Papa subtilius multoque facilius explicat, & perpendit: Nam cùm Christianos omnes monet, vt se à peccatis expurgent, quò maximum Sacramentum suscipiant, non solum peccata mortalia, quæ illius fructum impediunt: sed etiam venialia, quæ copiam diminuunt deponenda, insinuat. Id autem talibus verbis refert, vt digna sint, quæ obseruentur. *Salutis fructum non percipiunt, in commestione salutaris hostiæ, qui ea, quibus se repleuerant, flagitia portant in mente, quæ etsi Sacramẽtum ore percipiunt, virtute Sacramenti nequaquam replentur. Non saturantur ergo, nisi famelici, qui à vitijs perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiũt in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi vt à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuari quotidie conentur? Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atq; si merito auferunt fructum internæ saturitatis. Hac repletione nos euacuari Paulus insinuans, ait: Probet seipsum homo, & sic de*

1. Cor. 11.

pane

pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim est hoc loco probare, nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatum ad Dominicam mensam & purum exhibere? Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad pœnitentiæ lamenta curramus, quia ipsa sola virtus est, quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat, quia quò studiosius mundamur lamento pœnitentiæ, eò vberiorem diuinæ gratiæ fructum recipimus in spirituali refectione. Hæc D. Gregorij verba sunt, in quibus subtiliter distinctionem inter detrimentum peccatorum mortalium, quibus huius SS. Sacramēti fructus planè impeditur, & homo nouum æternæ damnationis iudicium incurrit: atque inter venialium pernitiem ponit, quibus, nisi pœnitentia fuerint deleta, magna ex parte admirandus Sacramenti effectus retardatur. Seriò iustos exhortatur, vt quotidie horum peccatorum sordes deponant, & maximè priusquā ad hoc diuinum epulum se conferant: nam quò puriores erunt, eò copiosiores donorum, & gratiarum cœlestium fructus colligent, & in animis præsertim diuinam satietatem, atque interiorem dulcedinem sentient, quæ Deum inquirentibus communicatur.

CA-

CAPVT XV.

Quomodo ad multos fructus ex S. Communione percipiendos, recollectione & mutua deliberatione præparatio facienda, & qua meditatione ad hoc v. tendum sit.

SEcunda ratio, quam Serui Dei tenere debent, eiusmodi est, vt ante sanctissimi Sacramenti sumptionem se recolligant, quò decenter orationes suas fundere, cœlestiaque meditari possint. Licet autem quęuis materia ad eam deuotionem prouocandam, quæ ad communicandum requiritur, assumi queat; nihilominus tamen sequentes meditationes ad hoc sunt aptiores.

Bonau. in sei. c.7. Consideret huius institutionem in vltima cœna factam, quo pacto Deus à cœna surrexerit, vestem exuerit, linteo se præcinxerit, flexisque genibus discipulorum pedes lauerit. Deinde postquam ad sedem suam redijsset, panem & vinum acceperit, benedixerit, & infinita sua potentia in pretiosum corpus & sanguinem suum commutârit, quæ cum anima & diuina sua persona vnita erant: & post sumptionem,

nem, vt multi ex Sanctis attestantur, statim propriis suis manibus, omnibus Apostolis idipsum amoris pignus distribuit, & similiter faciendi, id est, consecrandi corpus, & fidelibus diuidendi potestatem contulit. Hîc immẽsa filij Dei beneficentia, & superabundans liberalitas attentè Christiano cõsideranda est, quòd se modo tam admirabili in cibum dare voluerit, vt nos sibi arcto charitatis vinculo coniungeret, hac ratione infirmitates nostras sanaret, & ad sui similitudinem sanctos, puros, diuinos & spirituales efficeret.

Hac consideratione magna fames, viuumque huius viuifici panis desiderium excitandum est, cum firma voluntate vitæ datori in omnibus obediendi, qui illum cum tanta caritate sumendum exhibet. Expendat etiam attentè, & maximam illam puritatem ad hunc cœlestem cibum degustãdum necessariam ruminet; siquidem Dominus suorum Apostolorum pedes, iam tum in gratia Dei, & à lethali peccato immunes existentium lauare voluit, quò puriores effecti sacram Synaxim perciperent, & occultè (vti S. Bernardus ait) insinuaret, se nimirum illos à pecca-

Serm de cœna Dom.

peccatis venialibus purificare: Nam concupiscentiæ animi, quæ rebus terrenis facilè adhærent, sunt illius pedes, quos purgare oportet, vt cœlum ingrediamur. Hinc cuilibet laborãdum, vt de omnibus peccatis mortiferis, & venialibus, contritionem cum emendandæ vitæ proposito acquirat; & considerandum, quam turpem & detestabilem istis sordibus reddat. Deinde quanta integritas necessaria sit ad tãtam maiestatem suscipiendam: nam etiamsi mille annis deuotis orationibus, sanctis operibus, & omnium Sanctorum meritis ad eam se præparasset, parum tamen esset, imò nihil ad recipiendam, vti conuenit, vnde timòr & reuerẽtia concipienda est. Sicut enim ab amore desiderium, & prompta voluntas descendit, ita ex sancto timore reuerentia procedit, cum qua communicandum est.

Amb. de cra. lib. 6. p. 1. nc. Trid. f. 13. c. 8.

Secunda consideratio, qua Seruus Dei se ad sanctam Communionem cũ deuotionis affectu disponere potest, est eiusmodi: vt dignitatem, & celsitudinem Domini, quem suscipere intendit, studiosè in memoriam reuocet: quia vt primùm verba consecrationis prolata sunt, panis sub speciebus

hostiæ

hostiæ consecratæ anteà existens, virtute confessionis, vel transsubstantiationis in corpus Iesu Christi transit, & panis esse desinit, ita vt creatura, locum creatori cedat: & vbi panis erat, illic corpus Iesu Christi succedit, qui in purissimæ Virginis Mariæ vtero ex Spiritu Sancto conceptus est. Quia autem caro Christi sine sanguine viuere nequit; sanguis similitet in preciosi ipsius corporis venis est. Et sicut corpus sine anima non viuit, glorioſa anima adest, in qua sapientiæ, potentiæ, & gloriæ Dei ineffabiles thesauri recõditi sunt. Adhæc quia corpus & anima Iesu Christi Deus & homo est: & ita qui sub speciebus panis & vini continetur, idem infinitæ maiestatis & magnitudinis Deus est.

Vtile etiam esset hoc verbum (Deum suscipiam) diligenter perpendere: sed vt melius intelligatur, quis sit Dominus, quem recipiet, ante portas cœli cogitatione consistat, præsentem illum consideret, & gloriam, ac pulchritudinem summæ istius maiestatis contempletur, quomodo infinita sua bonitate omnes cœli ciues immensa charitate

inflammet, perpetuæ ſuæ pulchritudinis intuitu exhilaret, & beatificet. Aſpiciat etiam, qua reuerentia Angeli, & Beati omnes vſque ad ſummos Seraphinos coram ipſo vtantur, quo pacto illum adorent, laudent, magnificent & diligant. Et poſtquam aliquãto tempore in admiratione tantæ amplitudinis, glorięq; hęſerit, ad ſeipſum oculos mẽtis reflectat, & cogitet; quòd lingua ſua, & corpore eundem hunc Deum, ad cuius maieſtatem attonitus ſtabat, ſuſcepturus ſit; animo ſuo infinitum hoc bonum, ciuitatem Dei lætificans, comprehenſurus; ſupremum omnium rerum Creatorem, ad cuius maieſtatem Seraphini, omnesq; cœlit incolæ, magna cum reuerentia in terram ſe abijciunt, conſpecturus, & ſub ſpeciebus atque accidentibus iſtis tactus, velutque cibum viſceribus ſuis excepturus ſit: quòd Domin⁹ hic, amore victus & pellectus, nunc ad ipſum veniat, vt in ſui amorem rapiat, & ad ſe conuertat; de theſauris gratiæ & gloriæ ſuæ participem faciat, & de terra in cœlum aſſumat. Ex hac meditatione, magnus erga S. Communionem amor & reuerentia interius exurget: Quis enim tantam bonitatem amore

non

non complecteretur, quæ tam multa propter hominem fecit, & tali ratione amari expetit? Cùm ipse peccator sit, nonne infinitæ maiestati omnem honorem cum sancto timore exhibebit, ante quam (sicuti cogitatione perspexit) Principes cœli ob reuerentiam tremunt?

Inter conuenientiores, & magis cõmunes præparationes, quibus anima ad hoc sanctissimum Sacramentum suscipiendum disponetur, erit Dominicæ passionis meditatio: quia vna ex prẽcipuis causis est, cur venerabile hoc Sacramentum institutum fuit, vt nimirum Redemptoris nostri passionẽ, & quicquid pro nobis passus est, & fecit, tanquam viuum & præsens in memoria & affectu nostro seruaremus: quod in sanctissimæ Missæ sacrificio & communione proponitur. Quamobrem conueniens, & propria ad S. Communionem dispositio est, vnum ex præcipuis passionis Dominicæ mysterijs attentè considerare, & aliquid temporis in eo sincerè meditando impendere. *D. Bonau. de præparat. ad Miss. c. 6. & in fasci. c. 7*

Hinc sanctum, vti suprà diximus, contritionis, timoris, gratitudinis, amoris affectum, & nostri ipsius abnegatio-

gationem impetrabimus, in qua præparatio ad Communionem necessaria prorsus cõsistit. Meritò igitur aliquãtulum laborare debemus, vt quod Dominus Iesus pro nobis passus est, diligenter meditemur : siquidem tam promptè hoc præstitit. Eiusmodi meditatio tam potens est, & vtilis, vt per eam nos aptos reddamus, ad sanctissimi Sacramenti operationes admirabiles consequendas : ad quam nos subtiliter S. Cyrillus his verbis cohortatur:

In Ioannem l. 4. c. 17. *Quare pias quæso cogitationes suscipias, studiosè sanctéque viuas, & benedictione participes, quæ mihi (crede) non mortem solùm, verùm etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, quum in nobis maneat Christus, sæuientem morborum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis considerat: sed ægrotos curat, collisos redintegrat: & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.* Hæc Cyrillus.

Igitur Seruus Dei ad S. Communionem cum pura intentione, & sanctis cogitationibus accedat, vt nimirum Iesu Christo, per amorem perfectum, tãquam cum animæ suæ sponso vniatur, voluntatis suæ motus sanentur, vitia

vitia perfectius expurgentur, pœnæ quas incurrerat, remittantur, accepta beneficia recognoscat, in tribulatione solatium, & refocillationem inueniat, tentatio vincatur, & singulare aliquod gratiæ donum acquiratur Deinde cum attentione, reuerentia, fame, & desiderio ab amore proueniente, illuc se conferat, & quicquid cupit, obtinebit: quia hic est bonus ille Pastor, qui promittit, & dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*

CAPVT XVI.

De exteriori reuerentia, humilitate & modestia, qua S. Communio sumenda est.

ETsi interior animi deuotio, quæ ad S. Communionē requiritur, præcipua sit; & tātò magis, quod illius exercitium ab interiori proficiscatur; nihilominus tamen Deus etiā exteriorem postulat. Quapropter omnes illos defectus, qui committi solēt, hic declarabimus, & oportuna remedia indicabimus.

Quidam Deo seruire, & frequenter com-

communicare cupientes, pretiosis & pulchris induti vestibus, ornamentis, & mundo eleganti, vultu & capite adornato, manibus chirothecis impeditis ad S. Communionem se conferunt; & vt melius statum suum tueantur, soli communicare, vel propterea locum ab alijs separatum eligere volunt. Hęc omnia debitæ huic Sacramento reuerentiæ atque humilitati, qua comparendum est, aduersantur. Ipsa reuerentia postulat, vt vestimento simplici, vultu modesto, manibus compositis ad hanc sanctissimam mensam accedatur. Nam si S. Paulus ad orationem solùm faciendam id requirit, quātò magis in hac actione sacratissima obseruandum est? Humilitas vult, vt homo se indignum reputet, qui huius sacræ mensæ particeps fiat: secum cogitet, quemlibet communicantium meliore loco hac in re dignũ esse: admiretur & erubescat quòd ei minimus in hoc sacro conuiuio concedatur. Nam si Dominus vult vt ad hominis mortalis mensam ituri, & terrenos cibos degustaturi, tanta cum humilitate accedamus, vt inferiorem locum eligamus; multò magis hęc humilitas obseruāda est, cum ad hoc sacrum epulum accedimus.

1. Tim. 2.

Luc. 14.

dimus, vbi institutor ipsemet cibus est qui sumitur.

Alij etiam ad altare venientes, nimis vultum suum demittunt & tegunt, nec os suum ea ratione, quæ ad sanctissimum Sacramentum suscipiendum decet, aperiunt: Hoc fit, vt Sacerdos S. Communionem porrecturus, in mentum vel labia, aut aliam quampiã partem vultus offendat, hac ratione pars aliqua frangatur, & in terram corruat. Perpendat ergo aliquis, quantus hic defectus sit: cùm sub qualibet parte visibili, quantumuis exigua illa sit, glorioſum Iesu Christi corpus sit, tam integrum, tantaque cum maiestate, quantam in cœlo ac tota hostia obtinet. Quapropter vt omnia hæc mala euitentur, & decens gestus seruetur; oportet, vt communicaturus, vultum apertum, directum, & quietum teneat, appropinquante Sacerdote silentium seruet: non enim tunc verbaliter, sed corde solùm orandi tempus est. Eo autem momento, quo sacram hostiam suscipere cupit, moderatè os suum patefaciat, linguam ad labia vsque educat, eaque benedictam hostiam excipiat; quam nec frangere, nec dentibus conterere, sed relinquere debet, donec

paululum humida euadat, atque ita modestè & reuerenter deglutiat. Nam si æquum est, vt bonum aliquod externum opus benè & honestè fiat; quantò magis hoc, quod tam diuinum & pretiosum est, atque ad tantam Dei gloriam cedit. Ideò huc præcipuè D. Pauli sententia spectat, cùm ait: *Omnia autem honestè & secundùm ordinem fiant in vobis.* 1. Cor. 14.

CAPVT XVII.

De modestia & quiete, cum qua ad S. Communionem eundum est: & de gratiarum actione, quam Deo post Sacramenti perceptionem persoluere debemus.

ALius defectus est valdè notabilis, in quem plerique eorum cadunt, qui ad SS. Sacramẽta frequenter accedunt, quòd videlicet nimia cum festinatione & inquietudine ad Altare properant: vix enim templum ingressi sunt; aut à Confessario recesserunt, quin protinus ad S. Communionem ire velint, & quod adhuc peius est, vix sanctiss. Sacramentum perceperunt, quin nulla quiete sancto cibo concessa, nullis gratijs hospiti cœlesti, quem susceperunt, persolu-

tis,

tis, Ecclesiam egrediantur, fabulas tractare incipiant, vel aliquid aliud omni deuotione carens faciant. Huiusmodi defectus bona ex parte sanctiss. huius Sacramenti fructum impediunt; ideò remedia oportuna adhibenda sunt.

Sola necessitate excepta, ob quam homo ante Communionem expectare, aut post illam quiescere nequit, communiter id quod sequitur obseruare debet. Vt nimirum cum modestia & quiete, mensam Dominicam adeat, omnes solicitudines & curas terrenas Deo resignando seponat: cor suum in hoc bonum infinitum quod suscipiet, penitus conijciat, rogando, vt animam suam, tali humilitate, puritate, & caritate ornet, vti oportet, hac ratione se inuitet. Si potens admodum & diues Rex ad hospitium vnius miseræ viduæ veniret, nequaquam expectaret, donec illa palatium adornasset vbi quiescere posset, sed aliquos ex Seruis suis ad hoc faciendum præmitteret. Quis te Domine potentior est & ditior, qui es Rex regum & Dominus dominantium? quæ verò creatura miserior anima mea? Si ergò ad eam diuertere cupis, mitte SS.

Angelos tuos, qui eam præparent, purgent, illuminent, & taliter disponant, qualiter Superiores Angeli Inferiores adornare solent: mitte diuinæ tuę gratiæ dona & perfectiones, diuitias tuas cœlestes, quibus decora & pulchra reddatur, sicuti ad tam magnificum hospitem suscipiendum conuenit. Quia verò, Domine, mens hac in parte laborare, & quicquid potest præstare debet, mitte illi sufficiens auxilium & gratiam, quæ in omnibus tuæ diuinæ voluntati suauiter & alacriter obedire doceant.

Hac oratione ad Iesum Christum facta, sanctissimam virginem Mariam, aliosque sibi deuotos Sanctos communicaturus implorabit, humiliter petendo, vt huius desiderij effectum suis precibus impetrare dignetur. Vt autem sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum cum decenti quiete suscipiatur, omnes anxietates animi cauendæ sunt, quas scrupulosi quidam & tempore communionis, ob exiguam aliquam omissionem sentiũt, & nihili omnino æstimare debent. Sunt autem eiusmodi, cùm post communionem animaduertunt, se plures hostias accepisse; quod tamen nec plus, nec minus est, quàm si vnicã tan-

tantùm, imò dimidiam suscepissent: quando ad sacrum pignus deglutiendum, linguam suam retrahunt, & dentes tangere, vel certè ijs adhærere permittunt; cùm antequam hostia descenderit, ablutionem, quæ ad illius ingestionem promouendam porrigitur, sumunt. Tales ergo scrupuli contemnendi sunt, ne attentio & deuotio tunc temporis exercenda, propter illos retardetur.

Post communionem, ad vnius horæ quadrantem in Ecclesia plus minus commorabitur, si longiori tempore nequeat: atque ob maximum sibi à Domino beneficium factum, gratijs persoluendis impendet, nouaque ab illo beneficia postulabit, vt ei de cætero melius seruiat. Si amicus, parens, aut propinquus alicuius ex Indijs, cum magno diuitiarum thesauro veniens, domum suam hospitij gratia diuerteretur; idque solo amore, quo eam complectitur ductus, id est, ad gazas suas cũ eo diuidendas hoc faceret; certum est illum si hunc per ostium ingredi viderit, nequaquam per posticum egressurum, sed diu apud ipsum mansurum, de illius aduẽtu sibi congratulaturum, & ea quæ contigissent narrantem au-

diturum. Cùm magnifica dona, & pretiosa munera oblata de manibus illius acciperet ; gratias ei toto pectore & voce sublata persolueret : quando autem liberalitatis terminos illum transire cerneret, quicquid sibi vel familiæ suæ necessarium foret ; ab eo postularet.

Idem nobis cum Domino nostro Iesu Christo agendum est, qui quoniã pretiosum eius corpus & sanguinem susceperimus, ex cœlorum Indijs, cœlestibus, diuinis, & inæstimabilibus thesauris abundans venit: Ex puro autem amoris affectu animas nostras accedit, vt eas locupletet : dona sua & gazas diuidere incipit , & multò plura conferre paratus est . Non ergò illius memoriam tam citò deponamus, nec alijs cogitationibus locum demus : idem enim esset ac si Dominus per vnam ianuam ingrederetur , & nos per alteram egrederemur ; quod indecorum & inhonestum esset : sed cum illo maneamus, congratulemur nobis de ipsius gloria & seruitute, quam Sancti in cœlo, & Iusti in terris ei præstant: de omnibus beneficijs quæ in nos contulit gratias agamus , & maximè , quòd modo tam admirabili

& oc-

& occulto, ad animas nostras diuerterit. Qua de causa diligenter consideremus, quisnam ille sit, qui venit; quia Deus est infinitè perfect⁹; intueamur, ad quem veniat, quia homo peccator est, à quo frequenter graui iniuria affectus est; quid ad veniendum impellat, sola enim charitas est & desiderium saluādi peccatores; cur veniat, quia vt illum non solùm meritorum & fructuum passionis ac mortis suæ; sed etiam præstantissimorum donorum, gratiarumque participem faciat, quas toto vitæ suæ tempore laborum difficultatibus & doloribus incomparabilibus promeruit.

Posteaquam Seruus Dei, hæc benè expenderit, omnia ei passionis suæ merita, cum omnibus virtutibus in illa relucentibus, in gratiarum actionem, & beneficiorum memoriam offerat; & huic firmiter adhærendo, bonum etiam propositum ac firmum emendandæ vitæ desiderium præsentet: Insuper etiam omnium suorum peccatorum & culparum veniam poscat, quas commisit, cùm sanctiss. hoc Sacramentum, tali cum puritate & deuotione, quali oportebat, non susceperit: postea omnes suas ei necessitates,

ignorantias, delicta, omnesque alias miserias & calamitates proponat, ac noua beneficia, gratias, virtutes, & particularia dona postulet; tam pro se, quàm Papa, Rege, omnibusque ijs qui Rempubl. Christianam, in spiritualibus & temporalibus gubernant: simul etiam pro communibus & particularibus Ecclesiæ Catholicæ calamitatibus, fidei, Religionis, & sanctitatis incremento, conuersione infidelium, & emendatione fidelium oret: idemque pro omnibus ijs faciat, quibus vel obstrictus est, vel ex deuotionis affectu fauet.

Adhæc Seruus Dei diligenter retinere debet, nullam inter omnes diei & noctis horas ad meditandum, orandũ, & dona atque gratias à Deo petendas, meliorem hac ipsa esse, in qua post sanctiss. Sacramenti susceptionem, Iesum Christum sibi præsentem habet, non solùm per diuinam [illegible] quæ vbique est, sed etiam per sanctiss. humanitatis præsentiam, quæ consumpta est, & reuera in suo corpore tam diu manet, quàm diu venerabiles Sacramenti species consistunt & durant.

Quando Dominus noster in mundo corporaliter adhuc erat, in omnibus

bus illis locis vbi agebat, singularia beneficia hominibus præstabat, qui bona & firma fide ipsum tangebant, aut se illi commendabant. Ad domum Zachæi diuertit, & ex vsurario iustum illum Abrahæque filium effecit. Ad ædes Matthæi venit, & ex telonario sanctum & Apostolum creauit. Transiens plateas, à fœmina tactus fuit, quæ fluxum sanguinis patiebatur; & quamprimùm sanitatem illi restituit. Quicumque illum iuxta mare Galileæ ambulãtem tetigerunt, ab infirmitatibus suis, quibus tenebantur, expediti fuerunt. Cùm in templum veniſſet, accesserunt ad eum cæci & claudi, atque illis visum, his gressum restituit. Quando ad pedes montis versabatur, venerunt ad eum, qui immundos spiritus habebant; & ab illis liberati sunt. Omnes infirmi ad eum recurrerunt, tam diu laborârunt, donec illum tangerent, virtusque ab eo exiuit, & sanauit illos. Quod tunc videntibus omnibus mortali corpore circumseptus agebat, hoc nunc spiritualiter & occultè in sacra hostia inclusus præstat: Nam omnium eorum animas, ab omnibus morbis & infirmitatibus sanat, qui viua fide & deuotione illum suscipiunt; & qui pręsen-

Luc.19. *Matth 9.* *Ibid.* *Matth.14.* *Matth.21.* *Luc.6.*

sentem in suo corpore habentes accedunt, orationibus & ardentibus desiderijs tangunt; eos ab omnibus languoribus liberat, pretiosis donis, singularibus beneficijs & consolationibus afficit.

Hinc & ex huius rei experimento fit, vt plurimi, posteaquam hoc sanctiss Sacramentum susceperunt, tam studiosi sint in sensibus suis continendis, & cogitationibus in Dominum quem susceperunt conijciendis, gratijs ob hoc beneficium sibi præstitum agendis, nouaque gratia postulanda, qua illum maiori cum feruore amare, & diligentius obseruare possint; & omnibus alijs rebus à memoria sua exclusis; imò velut extra se positi, ac in Deum penitus rapti, nolint alteri rei quàm huic adhærere: ita vt tunc omnis alia curà ipsis molesta & grauis sit, hæc verò iucunda, & quæ adeò mentem consolatur, vt cum ipsorum, vel aliorum necessitates, propriusque statꝰ ac cõditio permittit, facilè in his gratiarum actionibus diu immorentur. Quia verò sancta hæc desideria, & laudabile, aut firmum hoc propositum operibus probantur, ista gratiarum actio postulat, vt homo post Commu-

nio-

nionem, & gratias ex animo Deo persolutas, opus aliquod virtutis suscipiat, quod tempore & loco ad id accommodato faciat. Quamobrem illo die signum aliquod caritatis vel misericordiæ proximo, in tanti beneficij honorem pro facultate exhibebit, cuiusmodi esset, esurientes pascere, ægros inuisere, mœstos consolari, ignorantes docere, vel aliud aliquod misericordiæ operum corporale, aut spirituale præstare. Nam rationi consentaneum est, vt quo die Rex gloriæ, ei tam excellens amoris sui pignus dedit, & tam ineffabilem misericordiam præstitit; reipsa etiam amorem suum erga proximum ostendat, aliquod misericordiæ & compassionis signum exhibeat; siquidem amoris Dei vera probatio sit, qui à nobis secundùm ea, quæ sanctus Ioannes ait requiritur:

Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. 1. Ioan. 4.

CAPVT XVIII.

Quomodo illegitima sacræ Communionis omissio, profectum spiritualem impediat: nec illam propter Spiritus tepiditatem, aut deuotionis sensualis defectum intermittere oporteat.

INter eos, qui Deo seruire cœperũt, ideoque hac sancta & laudabili cõsuetudine frequenter communicãdi vtuntur, plerique sunt, qui semel atque iterum in hebdomada, aut decimo quinto die communicandi morem, de Confessariorum suorum consilio intermittunt. Qui ab illis inducti hoc faciunt, optimè agunt, quod obediant, & spiritualium suorum Patrum consiliũ sequantur, quia nullam virtutis iacturam facient: Nam quod ipsis ab vna parte denegatum videtur, si se humilient, & obedientiæ accommodent, hoc à Deo ex altera remuneratur, qui nouã gratiam confert, & talem dispositionẽ, in qua semel ex Confessariorum suorũ consilio ad Communionem euntes, maiorem gratiam & consolationem accipiunt, quàm si sæpius propria spõtè hoc facerent, vti postea intelligemus. Verùm de ijs loquentes, qui non ex

ex Patrum spiritualium præcepto, sed propria sua voluntate, & placito mensam Dei negligunt, quam tamen accedere solebant, & Confessarij eorum approbabant; dicimus eos qui solùm ex tepiditate aut negligentia ita faciunt, (sicut reuera est, quia negotia sua intermittere, aut laborem, qui in præparatione est, subire nolunt, vel bonæ vitæ, vti laudabilis & sancta consuetudo postulat, nullam rationem habent) de peccato manifestis rationibus redargui & conuinci; quandoquidem sine causa tantum bonum omittant, quod & honorem Dei concernit, & animarum suarum salutem vehementer tangit, prout in huius tract. principio ostendebamus.

Alij sunt, qui à S. Communione, ob alias causas abstinent, quæ vero similiores esse videntur, nec tam facilè delictum aut culpam latentem produnt, nec damnum quod inferunt manifestant. Inter eos quidam alias à Deo in S. Communione desiderati fuerunt, quos spirituali fame, viuoque huius sanctiss. Sacramenti desiderio cum particulari lumine ad hoc diuinum Mysterium contemplandum, & cum feruore spiritus, caritatis & deuotionis

ſuauitate ſuſcipiendum præparabat, diuinos illis adhuc in ea motus & conſolationes cœleſtes, admirandam conſcientiæ pacem & tranquillitatem, ſuaues admodum contemplationes, cum prōptitudine & magnis ad quoduis opus bonum viribus tribuendo.

Cùm ergò hi omnibus iſtis donis, ſe priuatos eſſe cernunt, nec amplius deſiderium aut affectum communicandi; ſed debilitatem, animique mœrorem ſentiunt, nec lumen ad hoc, & alia Myſteria contemplanda habent; nec feruorem, aut deuotionem ad hoc ſanctiſſ. Sacramentum ſuſcipiendum, ſed ariditatem & tepiditatem experiūtur, nullum in S. Communione guſtū aut conſolationem ſpiritualem percipiunt, & poſt illam nihil feruoris atque alacritatis ad benefaciendum, ſed in orationibus moleſtiam, & ad omne virtutis opus tarditatem inueniunt. Cùm inquam has magnas in ſeipſis mutationes aduertunt, arbitrātur ſe ad menſam Dei accedendam malè diſpoſitos eſſe, nec voluntati diuinæ placere, vt ſanctiſſ. Euchariſtiam percipiant. Et quia ad illam magna deuotio requiritur, qua ſe carere iam nōnunt, nulla ratione ad eam accedendum

dum existimant: Hinc fit, vt licèt illos Confessarius ad hoc nihilominus faciendum moueat; in animum tamen suum inducere nequeunt, id sibi conuenire, vel expedire.

Itaque ad intelligendum, quid hac in re agere debeant, considerare deberent, hanc immutationem, quam in animis suis experiuntur, Dei visitationem esse, qui desiderat, vt quemadmodum ad sanctiss. Sacramentum ire, & per diuinæ virtutis præsentiam, quàm in suis pectoribus sentiebãt & experiebantur, quoduis opus bonum præstare studebant, cùm eos præueniret, gratiæque suæ donis visitaret; ita nunc illud accedant, & se ad omne virtutis opus, per simplicis fidei, non tamen caritate, sed sensibili affectu, quem antea experti sunt nudæ demonstrationem excitent, animosè in seruitio Dei, solùm à bona sua voluntate, quæ amoris præcipua pars est, impulsi, absque vllo gustu vel alia consolatione prodiantur, quę cùm Deo placet; ex caritate oriuntur, bonaque opera leuiora ac faciliora reddunt. Si hac ratione ad S. Communionem eant, opera sua facientes, & in pijs suis exercitijs perseuerantes, à fide &

bo-

bona voluntate inducti ; fidelitatem, quam Deo debent, obseruant: quippe non solùm tempore prosperitatis, sed etiam aduersitatis & tribulationis: nó tantùm tempore lætitię & consolationis, verùm etiam tristitiæ & desolationis seruiunt.

Deinde hoc sciãt, tali modo sacram Eucharistiam percipientes, & in aduersitate ac desolatione ita seruientes; Deo satisfacere, rem gratam præstare, honorem exhibere, non minorem, sed potiùs maiorem gratiàm & gloriam, quàm prosperitatis & visitationis tempore promereri, modò perseuerantes, hac ratione se vincant, abnegent, & propter Deum mortificent.

Insuper sciendum est deuotionis
p. 130. defectum, cuius mentionem fecimus, qui S. Communionis impedimentum sit, voluntarium esse, & à negligentia vel incuria oriri debere, quia nimirum homo id præstare renuit, ad quod obligatur, vt deuotè communicet. At cùm non ex arbitrio voluntatis oritur, quia homo à Deo adiutus, necessarijs medijs ex sua parte vtitur, conscięntiam suam confessione & peccatorum tam grauium quàm leuium contritione purgando, orationibus & meditatio-

tionibus ad S. Communionem se præparando: tunc ariditas mentis nequaquam vberem sacræ Communionis fructum impedit. Nam etiamsi anima sensibili deuotione careat, nihilomin⁹ principalem & substantialē illius partē habet, quæ in puritate & bona voluntate, cum vero placendi Deo, & mandata illius adimplendi desiderio consistit.

Similiter etiam considerare debent, quòd sicuti hæc immutatio, quam in animis suis sentiunt, diuina probatio & tētatio est, & in sanctorum Sacramentorum perceptione, bonorumque operum exercitio perseuerantes, quam Deo debent, fidelitatem seruant; ita etiam arbitrari eos oportet, S. Communionem præter allatas rationes omittere, & in pijs exercitijs tepescere, tentationem esse dæmonis; vt eos videlicet sanctissimi Sacramenti fructu & bonorum operum merito spoliet, & nis impugnationibus fraudibusque aditum ad animas sibi patefaciat. Nam sicut præclarus belli Dux Holofernes, *Iudith 7.* ad Bethuliā quæ resistebat subiugandā, canales quibus aqua ex fontibus ad vrbē deducebatur effregit, & hac ratione fermè subiugauit, nisi Deus miraculosè illam custodiuisset: ita principes te-

ne-

nebrarū, animaduertentes à Iesu Christo, omnium gratiarum fonte per SS. Sacramenta, totum nostræ aduersus ipsos defensionis auxilium descendere, hos cœlestes meatus, & diuinos canales libenter nobis aliquo impedimento posito destruerent, ne ad illos accedamus.

in hist. Lausiac. in vita S. Macarij.

Palladius scribit, insignem quandam fœminam coniugatam, sæpius ad SS. Sacramenta ire solitam, ab homine quodam ad Deum offendendum solicitatam fuisse: sed nulla ratione illius cupiditati consentire voluisse. Cùm verò ad incantatorem consilij petendi gratia se contulisset, qui artibus diabolicis consensum illius extorqueret, etiam valdè constanter restitisse, nec vnquam assensum præbuisse. Tandem diabolus qui animam vulnerare non poterat, cœpit exteriorem istius mulieris speciem immutare, atque adeò deturpare, vt omnibus illam spectantibus, non fœmina, sed iumentum aliquod videretur. Quapropter coniunx vnà cum vxore Macarium conuenit, qui illam aquæ benedictæ aspersione à præstigijs liberaret, vti etiam fecit, & causam ob quam dæmon in eam potestatem habuisset, esse dixit: quòd in SS. Sa-

Sacramentorum participatione tepida fuisset, & iam quinque septimanis à mensa Domini abstinuisset. Ideò S. Vir ad continuandum huius sacri conuiuij vsum, his eam verbis amanter compellans hortatur: Noli vnquam puriſſimorum Iesu Christi Sacramentorum Communionem negligere, quia hoc tibi infortunium propterea accidit, quòd quinque hebdomadarum spatio prætermiseris: Hoc est, quod diabolus petit, cùm mentibus suggerit, vt sacram mensam relinquant, quo auxilium & SS. Sacramentorum subsidium eis subtrahat, & tunc debiles & negligentes factas, suis tentationibus & fallacijs superet. Verùm his insultibus seruus Dei resistere, nec propterea S. Communionem intermittere debet.

Dominus noster Iesus Christus, beatæ Catharinę Senensi idem instillauit. Cùm enim pluribus annis, propter mentis ariditatem, & contra sanctiss. Sacramenti fidem magnis tentionibus oppugnata fuisset, & forti animo semper, magnaque cum perseuerantia, sanctorum Sacramentorum vsum, piarum orationum, ac bonorum operum exercitium continuando restitis-

B. Cathar. libr. ab ipso scripto.

se

set; tandem ab illo semel visitata fuit, inter alia dicens, eum qui bona conscientia sanctissimum Sacramentum perciperet, gratiam consequi, etiamsi absque deuotionis affectu faceret, & contra illius fidem impugnaretur, vel alijs tentationibus vexaretur, modò improbet, non minus insignes eiusdem fructus percipere, nec solùm animam huiusmodi tentationibus resistẽdo plᵉ lucrari, verùm etiam sacram illam mensam adeundo, plus promereri, quàm si magna cum suauitate & cõsolatione communicaret. Quod intelligendum est, cùm deuotionis defectus, non ob culpam vel negligentiam hominis; sed ob diuinam probationem & permissionem oritur, vti antea ostendimus.

CAPVT XIX.

Quòd sacra Communio propter scrupulos, & inanem timorem nequaquam omittenda sit.

ALij sunt, qui nondum hanc in animis suis vicissitudinem experti sunt, sed bonam conscientiam habentes contra Confessarij volun-

luntatem ac consilium, à S. Communione, propter scrupulum aut vanum timorem abstinent, quia nimirum se indignos esse putant, qui tam sæpè Angelorum pane vescantur, maioremq; se Deo reuerentiam abstinendo exhibere arbitrantur. Huiusmodi tentatio magis noxia est, cùm Sacerdotes inuadit: quippe non illos tantùm sanctiss. Sacramenti fructu; sed etiam totam Ecclesiam incruenti sacrificij vtilitate priuat. Certa namque est sancti Bonauenturæ, aliorumque sanctorum doctrina, dum inquit: *Cùm Sacerdos non habens legitimum impedimentum celebrare omittit, tunc quantum in ipso est, priuat Trinitatem laude & gloria, & Angelos lætitia, peccatores venia, iustos subsidio, & grato in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, & seipsum medicina & remedio contra quotidiana peccata & infirmitates.* D. Bonau. li. de præp ad Miss c. 5.

Aduersus hanc tentationem remedium est, Confessario fidem adhibere, contra eiusmodi scrupulum laborare & pugnare. Adhæc considerare duobus modis conuenientem dispositionem & reuerentiam ad sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum percipiendum adferri posse. Earum vna talis est, qua-

lem

lem dignitas & puritas quam ſuſcipimus meretur, & qua diuina ipſius maſtas digniſſima eſt: hac autem ratione nullus ad ſacram Euchariſtiam percipiendam, ſatis ſe dignè & reuerenter præparare poteſt, quantumuis ad finem vſque mundi, cum omnium iuſtorum in terris viuentium, & Sanctorum in cœlo regnantium ſanctitate & reuerentia, ſe præpararet. Altera ratio, qua cum debita diſpoſitione & reuerẽtia menſam Dei accedendam dicimus, eſt eiuſmodi, quando acceditur, ijs pri' omnibus abſolutis, quæ Deus à nobis ſub virtute pręcepti requirit: & hoc mo do omnes dignè & reuerenter accedunt, qui cum tali diſpoſitione, quam demonſtrauimus, veniunt: Deus enim per infinitam ſuam miſericordiam, noſtræ infirmitati condeſcendens, nos amplius obligare noluit: Quia verò prudentis & timorati Confeſſarij eſt, iudicare num pœnitens debito modo, vti ſupra dictum eſt, ſit diſpoſitus; omni alia remota cogitatione, conſidenter illud conſilium ſequi poterit, maximè, quia Deus varijs teſtimonijs demonſtrauit, ſuam eſſe voluntatem, vt homo talem ſcrupulum & formidinẽ, ſalubri conſilio vincat.

S. Pe-

S. Petrus cognomine Cœleſtinus (qui poſtea ex pauperculo Monacho, ob magnam ſanctitatem Papa fuit,) non tantum hoc timore perculſus, quia peccatorem ſe indignum eſſe, & virtutibus carere putabat, ſed etiam ob alias cauſas à celebrando Sacro, & ſacra communione frequentanda abſtinuit; poſtea, quendam religioſum Confeſſarium ſuum conſuluit, qui eum ad timorem hunc ſuperandum, & Miſſæ ſacrificium offerendum inflammauit. Paruit conſilio, ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus apparuit, atque illum ad idem faciendum excitat, & magnam lætitiam atque conſolationem ſenſit. Alius ſanctus vir Narnienſis Epiſcopus, nomine Caſſius, quotidie Miſſæ ſacrificium celebrabat, ſeque in lachrymis inter ipſa ſacrificiorũ arcana mactabat. Et quia ob hunc timorem, ne vnum quidem diem præterire ſinebat, quin ſacrum diceret; S Gregorius ait, Deum illi per ſanctum Presbyterum, cui apparuerat; hæc ſignificari voluiſſe: *Age quod agis, operare quod operaris, non ceſſet pes tuus, non ceſſet manus tua, & retribuam tibi mercedem tuam.* His Sanctorum viſitationibus & conſolationibus, manifeſtum fie-

Petrus de Aliato, Card. in eius vita. Sur. in Maio.

Libr. 4. dial. c. 56.

fieri Deus voluit, diuinam suam esse voluntatem, vt omnes sui Serui sanctiss. Sacramentum sæpius accedentes, doctorum virorum hac in parte consilium securè amplectantur, illisque acquiescant: siquidem Sancti eandem rationem tenuerunt, quam Deus comprobauit.

CAPVT XX.

De mediocritate quæ in communione tenenda est, ne quis excedat, vel contra necessariam reuerentiam peccet, & quomodo iudicium docto Confessario relinquendum sit.

QVemadmodum aliqui in magnum animarum suarum præiudicium (vti supra dictum est) frequentem Communionem omittunt: ita etiam ex altera parte quidam excedunt, volentes sæpiùs, quàm conueniat, mensam Domini accedere. Nõnulli ad hoc faciendum incitantur, propter communem opinionem & existimationem vtilitatis, quæ in S. Communione percipitur: Alij propter consolationem & suauitatem, quã alias

aliàs in suauissimi hui⁹ Sacramẽti perceptione senserunt: cæteri ex leuitate, cùm alios imitari cupiũt, vt bonam opinionem de se conceptam conseruẽt, ne alijs virtutibus minus ornati putẽtur: propterea ægrè ferunt, conquerũntur, atq; ex impatiẽtia irascuntur, cùm ipsis S Communio denegatur, quod signum apertum est, eos non bono zelo, sed ex leuitate ad hoc impelli. Quare huius capitis doctrina omnibus istis vtilis erit: quia res magni momẽti est, & ad gloriam Dei vergit, cùm in hoc sacro exercitio iusta ratio, absq; vlla extremitatũ trãsgressione seruari potest.

Quod ad primum attinet, certum est seculares siue virilis, ceu fœminei sex⁹ sint, in hoc nulla ratione opinionẽ suã, voluntatem, consolationem, vel inclinationẽ sequi, sed cõsilio & directioni atq; iudicio sui Confessarij parêre debere. Nam si Religiosæ vitæ institutũ, & obedientia quam Superioribus exhibent, terminum & mensuram obseruãdam posuit; æquum est, vt ijs qui nullã priuatam Religionem profitentur, Cõfessarius ipsorum animarum notitiam habens, regulã quam sequi debent prescribat. Quem autem ad hoc eligent, doctus, expertus, & pius erit, ne pœnitẽtis

consolationem, sed quicquid ad honorē, obsequium Dei, & animarum salutē conuenientius est, spectet. Nec pœnitēs etiam importunitate, precibus vel alijs rationibus studebit Confessarium in suam sententiam pertrahere (hoc enim modo non ei, sed ille ipsi morem gereret, iudiciumque ac Patris spiritualis consilium superuacaneum esset) sed illius arbitrio se committet, vt quod ipsi secundùm Deum magis expediens erit, prescribat, manifestè declarando, se iudicio illius acquieturum. Caueat ergo ne Confessarium hac in re sibi blandientem quærat: Nam ob hāc peruersam inclinationem, Deus ipsum in errorem labi permittet, vti nonnullis accidit, qui plures Confessarios consulunt, ab vno ad alium recurrentes, & aliquē inuestigantes, qui auribus suis consentanea dicat; Cùm autem talem inueniunt, solus ipsis placet, omnibus alijs anteponitur: At falluntur, quia voluntatem Dei relinquentes, suam sequuntur.

Vt igitur Seruus Dei hac in parte securus sit; necesse est propriam eum voluntatem atque opinionem contemnere, & solùm in se diuinæ voluntatis perfectionem desiderare, quod ad

seruiendum illi conuenientius est. Præterea Confessarij sui Ordinarij consilio vtatur: quisi non satis idoneus videatur ab alio consilium postulet, non quia sibi magis blanditur, sed quod Doctorum iudicio in illo prudentia & discretio necessaria reperiatur. Oret Deum, quatenus in os & cor Confessarij sui eiusmodi consilium immittat, quod ipsum ad sanctam suam seruitutem, quantum fieri poterit, directissimè ducat, & ad maiorem Dei honorē, animarumq; salutem vergat. Hoc peracto, magna cum tranquillitate & obedientia consilium quod dabitur suscipiet, confidendo Deum, quando aliud ipsi magis expediens fuerit, Confessario tunc suggesturum.

Lutgardis religiosa erat, singulisq; octo dieb⁹ communicare solebat, prout ei S. Augustī cōcesserat. Cùm autem Abbatissa eius nimium esse arbitraretur; præcepit ei, ne tam sæpè ad mēsam Domini accederet, lubenterq; obtemperauit: sed Deus diuina permissione effecit vt Abbatissa intelligeret suam esse voluntatem, virginem illam sanctā, talem consuetudinem continuare: Itaque comunicandi licentiam recepit, cuius antea frustata erat.

Thomas Cantiprat. in vita eius. Surius tom.

CAPVT XXI.

De Regulis quas Sancti circa sacræ Communionis vsum præscribunt.

QVia Confessario iudicandũ esse ostendimus, quoties in mense aut hebdomada Seruus Dei salutis suæ studiosus, ad sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum accedere possit; nobis iam regulæ proponendæ sunt, quas Sancti præscribunt, vt idem intelligat, quid sequi oporteat.

Res magni momenti est, hunc nodũ appositè declarare, nec palpando, sed lumen solùm à Deo nobis infusum sequẽdo tangere. Certissimum aũt est Deum velle, vt in sacra Communionis frequẽtatione mediocritas obseruetur, nec pro cuiusq; voluntate ad eã accedatur. Hãc voluntatem manifestauit, cùm S. matri Ecclesiæ suggessit, vt sub mortalis peccati pœna præciperet ne vel Sacerdos vel Prælatus aliquis, quantumuis sanctus plus quàm semel in die celebraret. Causa verò, cur hoc ordinauerit est, (vt Alexander Papa ait, Doctoresq; confirmant) singularis & maxima reuerentia sanctiss. Sacramento debita, postulans, ne homo quotiescũq; voluerit accedat: Si ergo in sacro faciendo & sub illo cõmunicando, quod ad vtilitatem totius Ec-

Ecclesiæ spectat, Deus hanc normã regulamq; præscribi voluit; vt hac ratione significaret, ad gloriam & obsequiũ suum, Ecclesię verò sanctæ progressum vtilius esse, debitã erga hoc sanctiss. Sacramẽtum reuerentiã, vnicum Sacrum communiter celebrando seruare, quã si quilibet Sacerdos plura in die sacrificia offerret; sequitur æquum & conueniens esse, vt multò magis in particulari S. Cõmunionis perceptione, (qua non ita totius Ecclesię communi bono detrimentum, ac sacro Missæ sacrificio affertur) ordo & modus seruetur, ad reuerentiam sanctiss. Sacramento conuenientem obseruandam.

Regula porrò quã sancti constituũt, hęc est: Quando Confessarius animaduertit, aliquẽ valdè puram conscientiã & sinceram ad sanctiss. Sacramentum percipiendum deuotionem habere, & quò sępius accedit, eò puriorem euadere, suorum peccatorum venialium numerũ diminuere; in pietate similiter, feruore, patiẽtia, caritate, aliisq; omnibus virtutibus maiorẽ progressum facere, eiusmodi homini securè sæpiꝰ cõmunicandi licentiam facere potest: Sed cùm alicui frequenter communicanti, veram deuotionem ad hoc necessariã

D. Thom. i
Paul 1. Co
12. lect. 7.
Gerson de
cogn pecc
veni 2.

decesse videt, parumq; huiusmodi proficere animaduertit, eò quòd iracundiæ, impatientiæ, & superbiæ motus adhuc in ipso hæreant, linguā non contineat, & peccata venialia, quæ tepiditatis interioris causa sunt, facilè committat: huic frequens Cōmunio interdicenda esset. Hanc generalem SS. doctrinam S. Bonauentura his verbis declarat: *Quia ergò tempore Ecclesiæ primitiuæ erant mundi per Baptismi innocentiam & charitatem, ardentes per donationem Spiritus sancti, ideò congruebat eis quotidiè communicare. Quia verò postmodum charitas refriguit, & per peccata munditia baptismalis, vt in pluribus perdita fuit, relictum fuit iudicio & conscientiæ vniuscuiusque, vt reciperet, quando se dispositum videret. Qui se videat, se esse in statu Ecclesiæ primitiuæ, laudandum est quotidie communicare. Si autem in statu Ecclesiæ finalis, vtpote frigidum & tardum; laudādum est quòd rarò. Si autē medio modo, medio modo debet se habere; & aliquādo debet cessare, vt addiscat reuereri; aliquando accedere, vt inflammetur amore: quia tali hospiti debetur honor, debetur & amor, &c.* Hæc D. Bonauentura.

in 4. sent. d. 2. a. vlt. q. 2

Idem S. Thomas hoc modo refert: *Si aliquis ad hoc se quotidie paratum inueniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Nam in*

tr. 3. q. 80. 10.

Aug. de

primitiua Ecclesia, quando magna vigebat deuotio fidei Christianæ, statutũ fuit, vt quotidie fideles communicarent. Postmodum verò diminuto fidei feruore, consultum est omnibus diebus Dominicis esse communicandũ. Eccl. dogm. ca. 53 & c. quotid. d. 2.

Hæc D. Thomæ verba sunt, quæ ex authoritate S. Augustini & Ecclesiæ Catholicæ doctrina confirmat.

CAPVT XXII.

De prudentia quam Confessarij in hac re iuxta Sanctorum doctrinam adhibere debent.

EX superiori Sanctorum Doctorum institutione colligi potest, qua nunc prudentia Confessarius vti debeat, vt quempiam ad sacram Domini mẽsam admittat, vel ab ea repellat. Qui Deo reuera seruire statuerunt, ijs licentia concedi potest, vt decimoquinto aut octauo quoque die SS. Sacramentum percipiant. Quidam tamen existimant, hanc octauo quouis die cõmunicandi licentiã, non nisi hominibus singularivirtutum decore ornatis concedendam esse: At ex S. Augustini sententia, cùm Sacramenta frequenter visitantur; omnibus hęc cõsuetudo permitti potest, qui seriò vitã reuocare cœperũt, studiosè mortalia peccata fugiũt. Qui collectos sensus & nõ distractos habent, & ex sanctiss. Sacra-

mentorum vsu notabilem (vti experiẽtia docuit) in virtute progressũ fecerũt, atq; in pietate ac vitæ integritate proficiunt; ijs concedi potest, vt bis qualibet septimana communicent: Imò cũ particularis aliqua necessitas, vel singularis deuotio, & viuifici panis desiderium, in ijs qui singularẽ in virtutib⁹ ꝓgressum fecerunt, occurreret, non videtur nimium futurum; illis in vna septimana vel longiore temporis spatio semel adhuc eundi licentiam facere. Nihilominus valdè expediens est, Cõfessarium hac in re diligenter attendere, nec tam pœnitentis consolationẽ, quã æquitatem causæ considerare, quam ad hoc permittendum inuenit, prout sequenti capite manifestè videbimus.

Qui frequenter communicare cœperunt, & tamen paruum in virtute progressum faciunt, nec (vti experientia videmus) seipsos vincunt, neq; ꝓut ratio postulat mortificant, nec deniq; ad altiorem virtutis gradũ, vitamq; meliorem aspirant, sed negligẽtia sua otiosi, tepidi, & parùm deuoti sunt: ijs aliquãdo sacram mẽsam interdicere oporteret, vt hac ratione timere, humilitatem sectari, & Communionem pluris facere & maiori conscientiæ puritate sese præpara-

parare. Hac probatione & mortificatione maximè cum talibus vtēdum erit, q. S. Communionē pro arbitrio suo, quasi iure hoc eis deberetur, accedūt; si eis non conceditur, contristātur & cōqueruntur: nam arrogātia magna est, & signū euidens, huiusmodi animas à vera humilitate, suę indignitatis cognitione & reuerentia procul distare, qua ad hoc SS. Sacramentū accedere deberent.

Quāpropter nequaquā Confessarius formidare debet, se cum his omnibus S. Communionem aliquando inhibet, & vtilitate quam referebant ob causas supradictas priuat, aliquod damnū inferre. Nam sicut Dominus noster Ecclesiā suā Missæ sacrificij meritis priuare desiderat, cùm non permittit, vt quidā ordinariè, plº quàm semel quotidiè celebrent, ad decentē reuerētiam quæ huic sanctiss. mysterio debetur conseruandā: ita etiā vult vt huiusmodi hominibus, frequens Sacramēti vsus prohibeatur, vt in ipsis vel alijs illius reuerentia cōseruetur. Quòd si hāc probationem æquo animo ferre, se humiliare, & libenter obedire voluerint; nullum ipsis detrimentum; sed emolumentum adfertur: Nam sicuti Doctores demonstrant, atq; experiētia docet, incremētum gra-

Sup. c. 21.

Bonac. in d. 12. q. 4.

to in 4. d. q. 2. ar. 8. tiæ, quod diuinũ hoc Sacramentum in animis operatur & producit, in illis exiguum valdè est, qui cũ culpabili tepore, etiamsi in gratia Dei sint, mensam cœlestem accedunt, cùm tamen in eis, qui debito modo dispositi adeunt, maximum & admirabile sit. Itaq; ex hoc timore & humilitate, quam ob eiusmodi reprehensionẽ & mortificationem cõciperent, ipsis vnica communio pluribus vtilior esset Satis ergò est, hanc Sãctorum doctrinam & opinionem esse, vt religiosus & deuotus Confessarius illam credat, & in praxin conuertat.

S. Bonauentura mentionem faciens huius rei sic loquitur: *Breuil. p. 9.* *Et ideo cõsilium est his qui se sentiunt minus mundos mente, vel carne, vel etiam indeuotos, vt differant quousq; parati ad esum veri agni, mundi, deuoti & circumspecti accedant.* De ijs autem S. hic Doctor loquitur, qui licèt benè cõfessi & in bono sint statu; nihilominus propter negligentiam suam tepidi & aridi, nec à peccatis venialib⁹ puri & immunes, nec vti cõuenit, deuoti sunt: his melius atque vtilius esse ait S. Communionem in diẽ alterum, aut plures differre, donec melius se præparauerint. Quantum ad obiectionẽ, quam contra hoc aliqui facere possent, dicendo bonum

num esse à S. Communione abstinere, propter eos, qui ob timorem & huius sanctissimi mysterij reuerentiam deterrentur; sed melius tamen ex amore, tãque immensi boni desiderio accedere: ad eam S. Doctor respondet dicens: *Ad hoc sancti responderunt vtrumque affectum commendantes, &c. Festinauit siquidem Zacheus, vt Dominum gaudens domum suam susciperet. Centurio propriæ infirmitatis conscius, repulit eum dicens: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Vnum tamen est quod omnibus generaliter tutum videtur, vt scilicet ex reuerentia timentes spem & desiderium non relinquamus, vt ex spe & fiducia non amittamus timorem & reuerentiam. Sed semper inter hæc vtraque confidentes & timidi fluctuemus. Simpliciter tamen loquendo dubium non est, quin melior sit affectus amoris quàm timoris, sed quod est simpliciter melius, in casu est sæpè peius, & pluribus periculosius.* Hæc S Bonauentura, volẽs significare, ei qui debita cum puritate & deuotione ad sanctiss. Sacramentum suscipiẽdum paratus est, melius esse id facere, cùm ab amore impellitur, quàm ob timorẽ relinquere: qui verò tali dispositione caret, suaque negligentia somnolentus & parum deuotus est, illum consultius ex sancta reue-

In Fasc. c. *Luc. 19.* *Matth. 8.*

rentia S. Communionem in alterũ diẽ vel diutius differre posse, donec melius sit dispositus: nec tamen proprio suo cerebro, sed ex Confessarij sui arbitrio hoc faciet.

Quia verò obijcere quis posset, se hac ratione vtilitatis illius iacturam facturum, quam ex frequẽti Communione percipere; his verbis occurrit Quibusdam vtilius esse S. Cõmunionem diutius differre, vt postea maiori cum reverentia & pietate accedant: quia existimo in vna sanctiss. Sacramenti Cõmunione cũ bona dispositione facta, plures quàm ex crebra, fructũ colligi, cùm quis negligenter ad hoc faciendum se disponit.

CAPVT XXIII.

Num hodie quibusdam quotidianus sacræ Eucharistiæ vsus concedi debeat.

EX hac generali SS. doctrina posita, intelligi potest illum virtutibus ornatum esse debere, cui quotidiana Cõmunio permitti possit, & Confessarios valdè errare, qui in hoc minus facilè consentiũt. Præter supradictas rationes, quibus nimirũ dicitur, eos, qui hoc priuilegio gaudere debẽt, magnam animæ puritatem & admirabilem caritatis feruorem adferre debere,

re, cuiusmodi inter Ecclesiæ primitiuæ fideles vigebat, quando credentium anima & cor, propter arctissimum caritatis vinculum vnum erat, & amor ac misericordia facultates omnibus communes faciebat; præter has inquam plures aliæ sunt considerationes dignæ, quas hic adducemus. Cùm quis quotidiè ad S. Communionem accedit, certum est Confessarium testificari, illum singulariter virtutibus ornatum esse, & populus etiã huius opinionis est, nõ decere quẽquam singulis diebꝰ ad sacram Domini mẽsam ire, nisi vitæ sanctimonia excellat. Quapropter imbecillium hominum & tentationibus subiectorum, quantumuis virtutibus ornati sint, diligens habenda est ratio: quia magnum arrogantiæ & inanis complacẽtię periculum ineſt, cùm intelligunt talem de se Confessarium opinionem concepisse, populumq; in se oculos conijcere & sanctos iudicare.

Cõstat nobis valdè difficilè esse, mũdanæ laudis & honoris tẽtationes, quę homini offeruntur, vincere, vti S. Aug. optimè his verbis perpendit: *Non enim huius hostis vires sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia & si cuiquam facilè est laude cadere dum denegatur, difficilè est ea non dele-*

Epist. 64. ad Aurel. Ans in Pau 1. Thess. 2.

fom 3. in c. Ioann. & om. 17. in c. 9. ad Rom.

stari cùm offertur. Non latet præterea plures (vti S. Ioann. Chrysostomus testatur) Sanctos, & singularis vitæ homines fuisse, qui magno labore, & diuturna Dei seruitute, multas virtutes, diuitiasq; spirituales acquisiuerãt, & exiguo temporis spatio amisisse: quia huic tentationi causam dederant, honores & laudes humanas susceperant. Nam cùm à vana gloria probati fuissent, victas manus dederunt, & in miseram huius vitij seruitutem peruenerunt, ita vt Creatorem relinquentes, vltimum suũ finem in creatura collocarent.

Quia ergo tã arduũ est honoris laudisq; humanę insidias, cùm struuntur, effugere, tam multæ animæ singulari virtutũ splendore insignes, naufragiũ patiuntur & in his tẽpestatibus pereũt; nequaquam rationi consonum est, prudentes Confessarios, imbecilles & tenueras animas, quãtumuis pias, in tantum periculum cõijcere; sed oportet vt illas in vera humilitate contineant, donec profundas radices egerint, in eaq; diligẽter conseruẽt. Vt autẽ hoc fiat, cauendũ est Confessario ne vlla ratione intelligant se magnam de illis opinionem cõcepisse, & studendum vt meliori modo quo potest, omnes superbiæ occasiones tol-

tollat, vti quędā singularia essent, quæ illos hominibus venerabiles efficerēt, vel alia quæ causam honoris & humanæ laudis præbere possint; Deinde eò adducat, vt, quātum fieri potest, omnē sanctitatis speciem occultent.

Insuper manifestum est, multos Cōfessarios hāc prudentiam negligentes, suos laudantes, bona eorum opera extollentes, & occasionem ostentationis præbentes, in causa fuisse, quòd multæ teneræ plantæ torrido superbiæ vento exaruerint; & quæ iam magnum incremētum susceperāt, quia eas ob ingratitudinē suāq; vanitatē labi permiserit, iusto iudicio eradicatæ fuerint. Adhęc eiusmodi licentia alijs etiā tepidioribꝰ & minus idoneis ansam tribuūt, vt desiderio alios imitandi moti, eādem cupiant & postulent; quamuis etiam absq; Confessariorum suorum iudicio & cōsensu facere audeāt: credentes bonum esse, siquidem & alijs ipsis leuiter in dispositione superātibus conceditur. Cūverò horum aliqui abstinēt, causa sunt cur sanctissimorum Sacramētorum vsus à Secularibus valdè despiciatur atq; contemnatur, neq; solùm ad detrahendum ijs qui frequenter illis vtūtur, sed etiam Confessarij linguas eorundem

acu-

acuant. AEquum igitur est, vt quantū sine virtutis detrimento fieri potest, hominibus tepidis huiusmodi occasiones subtrahantur.

Ex his rationib⁹ colligi potest, quomodo eos quibus hoc tempore quotidie communicandi licentia dabitur, in profunda humilitate bene fundatos & consolidatos, ac iniurijs, detractionib⁹ varijsq; aduersitatibus probatos esse oporteat; ita vt eas postea ament, appetant, atq; virtutum adminiculo (vt in S. Catharina Senensi) confirmentur, ne illos tentationū pondus opprimat; sed alios ita notabiliter antecessent, vt minus perfecti eos imitari desiderent, omnesque ante commemoratos abusus, cum reliquis qui recenseri possent, è medio tollantur.

Præterea euidentissimum est, si in principio nascētis Ecclesiæ tam sancti erant, vti diximus, qui ad Communionem quotidie ibant; in vulgaribus hominibus, quibus eiusmodi licentia tribuēda erit, maiorem dispositionem requirit, quàm illa quę tunc temporis inter Christianos generalis & ordinaria erat. Nam tunc tēporis vsus & consuetudo communicandi erat promiscuus; quia tentationes & occasiones quas mo-

modo recensuimus, nullum habebant locum, siquidē nemini ansa dabatur cogitādi se alio sanctiorem esse, eò quòd idem ei liceret, quod omnib. aliis permittebatur, nec vllus causam odij, inuidiæ, vel ambitionis ad hoc agendum quod alius faciebat, sumere poterat, cū aliis omnibus idem quod ipsi concederetur. Nónne ergo vobis videtur optimè sequi paucos esse quibus quotidianæ Cōmunionis potestas fieri debeat, quoniam tam paruus eorum numerus est, qui in virtute excellāt ac huiusmodi occasionibus aut defectibus careant, de quibus antea sermonem fecimus? Omninò, nec vllum detrimentum, sed maximus Dei honor, & animarum profectus inde sequitur: Quid enim reuerentiæ & honori sanctiss. huius Sacramenti conuenientius est, hoc præstatur: occasiones multorum peccatorum è medio tolluntur, homines magis sanctiss. Communionem venerantur, ad illamq; maiori cum reuerentia, puritate & deuotione præparandum excitātur: atq; ita fit, vt ex vnica mensæ Dominicæ participatione, vberiorem fructum quàm frequenti, vt supra diximus, referant.

Adhæc fideliter hoc modo Euange-

lij

lij & Sanctorum doctrinam executioni mandamus: nam id quod amoris lex in sanctiſſ. huius Sacramenti ſuſceptione requirit, pleno voluntatis conſenſu facimus, quo ſæpius frequentare ſtatuimus, nec tamen propterea ſanctum timorem, reuerentiamq; neceſſariam amori coniungendã, obliuioni tradim' ita vt Seru' Dei ſibi perſuadere debeat, ſe quidem ad mẽſam Dominicam cum decenti honeſtate frequenter viſitandã cupidum ac ſollicitum poſſe; ſed in eo plus ſibi laborãdum & maiori cum diligentia incumbendum, vt ſanctiſſ Euchariſtiæ Sacramentum piè & dignè ſuſcipiat quotieſcumq; ad altare accedit: magna cum demiſſione animi ſe præparet, eo ſe indignum reputet, & per ſui contemptum profundè humiliet: magna cum puritate illuc ſe conferat, de peccatis omnibus magnis & leuioribus, occultis vel imminentibus pœniteat, conteratur, & bona vitæ emendandæ propoſita faciat: ſanctiſſ Pœnitentiæ Sacramento, ad hanc mentis integritatem conſequẽdam, vtatur; etiamſi conſcientiam tantùm peccatis leuioribus & venialibus oneratam habeat, ad hunc cibum cęleſtem magna cum auiditate & ardenti deſiderio properet, vt

ſe

se Deo per intẽsissimum amorem, perfectamq; sui ipsius resignationem, ad illius voluntatem penitus exequẽdam, vniat. O quàm diuinam pharmacorũ spiritualium officinam inueniet, ad omnes animæ plagas & infirmitates sanandas! O qualem mensam cœlestibus epulis & consolationibus refertam offendet, ad famem extinguendam, infirmitatem corroborandam, & animum oblectandum!

Quàm opulentum thesaurum omni virtutum genere monilium & donorũ spiritualium plenum, ad animam suã exornandam reperiet! Quàm pretiosæ Indiæ occurrent, vt se diuitijs & cœlestibus donis ditet! Benedictus Dominus qui tanta cum liberalitate, infinitę suæ misericordiæ viscera patefecit, vt per sacram hostiam, quam puræ mentes, cum tanta dulcedine percipiunt, nobis omnia bona, quæ triginta trium annorum decursu acquisiuit, patiendo ac tandem pro nobis in hac miseriarum valle moriendo comparauit.

FINIS.

CAPITA LIBELLI DE PRAESENTIA DEI.

Cap. I. Quàm nobile & salutare exercitium sit, Deum in actionibus suis omnibus præsentem sistere. pag. 5

Cap. II. Quantopere idem in diuinis litteris, Patrumq. Sanctorum scriptis commendatum sit, quamque singulari studio vsitandum. 7

Cap. III. Quemadmodum hac exercitatione animus ad orationem comparetur, & Deus duplici ratione nobis coram proponatur. 15

Cap IV. De eximijs huius diuini exercitij fructibus, atque inprimis de fructu puritatis mentis. 25

Cap. V. Hac diuinæ præsentiæ contemplatione vinci tentationes, & perseuerantiæ virtutem obtineri. 30

Cap. VI. Eadem acquiri stabilitatem cordis, omnium virtutum perfectionem, & exteriorem munditiam. 34

Cap VII. Quòd exercitio præsentiæ diuinæ, lætitia & consolatio spiritualis obtineatur. 39

Cap. VIII. In hoc sancto exercitio voluntatis affectum iungendum esse cum consi-de-

deratione intellectus. 44
Cap. IX. *De aspirationibus, orationibusq; iaculatorijs attinentibus ad viam purgatiuam.* 48
Cap. X. *De aspirationibus pertinentibus ad viam illuminatiuam pro ijs qui in cultu diuino proficiunt* 50
Cap. XI. *De aspirationibus pertinentibus ad viam vnitiuam* 56
Cap. XII. *Quibus medijs possit comparari hoc donum, Deum præsentem in actionibus habendi* 59
Cap. XIII. *De alijs medijs, vt de Examine particulari & solicitudine & amore cordis.* 62.

CAPITA LIBELLI DE SS. CONFESSIONIS & Eucharistiæ Sacramentis.

AVctoris Proœmium. pag. 73
Confessionis fructus. 75
S Eucharistiæ fructus. *ibid.*
Cap. I. *Quàm expediat omnibus sæpè confiteri & communicare.* 76
II. *De quorundam defectu, qui sua peccata in confessione excusant, & quomodo in hoc seipsos mortificare debeant.* 84.

III.

III. De culpa quæ incurritur, cùm aliquod peccatum in confessione verbis dubijs, & nihil tale quid significantibus manifestatur. 93

IV. De abusu qui committitur, cùm peccata venialia absque dolore vel corrigendi proposito in confessione deteguntur. 98

V. De negligentia qua conscientia ante confessionem discutitur, & incommodis inde prouenientibus. 104

VI. De quibusdam peccatis, quæ ex ignorantia committuntur & multi ignorant, nec confitentur; quia id discere negligunt, quod scire tenentur; & de socordia in caritatis & iustitiæ operibus 106

VII. De quibusdã diuersarum superstitionũ peccatis, quæ sæpè non cognoscuntur, & ex ignorãtia culpabili non manifestantur. 111

VIII. De peccatis quæ lusu committuntur, & de leuibus ac noxijs rebus, quas plurimi ex ignorantia culpabili incidunt. 115

IX. De alijs peccatis occultioribus, superbia nimirum, obstinatione & propria voluntate, quæ multi ignorant, atque ex ignorantia culpabili Confessario non manifestant. 122

X. De remedio valde vtili contra occultiorum peccatorum vulnus, quod est quotidie conscientiam examinare, & de modo examinis. 129

XI. De alio singulari remedio ad occulta peccata eliminanda, & confessiones maiori cum fructu instituendas, quod est certum habere confessarium, cui ordinariè confiteamur. 136

XII. De alio notabili medio, ad occultorum peccatorum detrimentum euitandum, & præteritarum confessionum defectus emendandos, id est, generali confessione diligenter facienda. 144

XIII. De peccatis, quæ frequenter communicantes impediunt, quo minus superabundantem illius fructum percipiant. 153

XIV. Quomodo anima peccatis venialibus expurganda sit, ad maiorem ex sanctissimi Sacramenti perceptione fructum percipiendum. 157

XV. Quomodo ad multos fructus ex S. Communione percipiendos, recollectione & matura deliberatione præparatio facienda, & qua meditatione ad hoc vtendum sit. 160

XVI. De exteriori reuerentia, humilitate & modestia, qua S. Communio sumenda est. 167

XVII. De modestia & quiete, cum qua ad S. Communionem eundum est: & de gratiarum actione, quam Deo post Sacramenti perceptionem persoluere debemus. 170

XVIII.

XVIII. *Quomodo illegitima sacræ Communionis omissio, profectum spiritualem impediat: nec illam propter Spiritus tepiditatem, aut deuotionis sensualis defectum intermittere oporteat.* 180

XIX. *Quòd sacra Communio propter scrupulos, & inanem timorem nequaquam omittenda sit.* 188

XX. *De mediocritate quæ in communione tenenda est, ne quis excedat, vel contra necessariam reuerentiam peccet, & quomodo iudicium docto Confessario relinquendum sit.* 191

XXI. *De regulis quas Sancti circa sacræ Communionis vsum præscribunt.* 196

XXII. *De prudentia quam Confessarij in hac re iuxta Sanctorum doctrinam adhibere debent.* 199


XXIII. *Num hodie quibusdam quotidianæ sacræ Eucharistiæ vsus concedi debeat.* 205.

Modum examinandi conscientiam, aliaque pia exercitia inueniet Lector in libello Sodalitatis R. P. Francisci Costeri, eiusdem Societatis Iesu.

Sortis Jesv Paderb.

FINIS.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN